CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

DISQVISITIO CURIOSA *AN MORS NATURALIS* PLERUMQVE SIT SUBSTANTIA VERMINOSA?

Reviſa, aucta & emendata, multisque raris, ſelectis & curioſis DEI, Naturæ Artisque magnalibus, myſterijs, & memorabilibus illuſtrata & confirmata.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud JOH, CHRISTOPH. Stößeln/ Bibliopol, Erff.
A. O. R. M. DCC. III.

Sincero & Prudenti Lectori Vitam
& Proſperitatem!

JUſtum ſincerumq́ue *Jacobi Acontij*, Viri Excellentisſimi, votum erat, ne in publicum quisquam ſcriberet, *niſi novum quid, & quod propriæ eſſet obſervationis, & Dei gloriam Eccleſiæq́; ædificationem ſpectaret, ac unde tantus ſperari poſſet fructus, ut dandum ejus lectioni tempus non melius collocaturi ſint lectores, ne ſcilicet actum quid agatur, ſed agendum.* Hunc terminum an aſſecutus ſim, æquus & prudens Lector modeſtè judicabit. Quod ſi *vita optanda eſt ſapienti*, ait *Lactantius*, a) *profectò nullam aliam*

a] de opif. Dei c. 20.

ob cauſam vivere optaverim, quàm ut aliquid efficiam, quod vitâ dignum ſit, & quod utilitatem legentibus, etſi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ rivus eſt, ad vivendum tamen afferat, quod eſt maximè neceſſarium. Novum utique Tibi videbitur thema noſtrum, imò παράδοξον καὶ ἄπιστον. Sed ego ex ijs ſum, qui miror antiquos, non tamen, ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim *quaſi laſſa & effœta Natura, ut nihil jam laudabile pariat.* b) Obſervationes haud omnes quidem meæ ſunt, à me tamen ſingulæ lectæ, expenſæ, & cum auctario notatæ, ad majorem DEI gloriam & proximi ædificationem. Initium quippe ſapientiæ *meditatio mortis.* c) *Omnem ſenſuum voluptatis excutit ſeria mortis recordatio, & in abſinthium mella vertit: ab-*

ſtinebic

b) Plin. L. IV. ep. 21. c) Pſ. XC. 13.

ſtinebit à ſcelere manum, quisquis omnem horam decretoriam putat, quisquis omne momentum, ultimum. d) *Quid eſt, quod te alligat terræ?* rogat optimus *Bona*, e) *quia nunquàm cogitas citò ab ea exeundum eſſe. Transeunt quotidie præter oculos tuos elata cadavera, quæ mortalitatis oblitum reſpicere cogunt ad mortem. Tu autem in media ſtrage morientum nihil minùs quàm mortem cogitas, & cùm nihil frequentiùs videas, nihil citiùs oblivisceris* Catiores profectò *Ægyptij*, qui in convivijs σκέλετον hoſpitibus repræſentabant, delicias ſuas his verbis finientes: *Vive memor lethi!* f) Nam is demum vitam *æquâ lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* g) Cæterùm, quia, judice *Keplero*,

)(3 Phi-

d) Drexel. de æternit. c. 1. §. 3. e] in Manud. ad cœlum c. 3. §. 4. f) Hildebrand. de arte bene moriendi, & Alard. in Athanaſia p. m. 3. g) Plin. L. VII. H. N. c. 7.

Philoſophia nihil aliud eſt quàm *continua novatio in antiqua ignorantia*, & præcipua diciplina, *Antiſthenis* cenſurâ, *mala dediſcere*, ſchediasma utique noſtrum vix faſtidies. Fructum inde ſperabis fortè non pœnitendum, ſi temporis aliquid lectioni ejus dederis. Invitat te ipſa mortis ſpeculatio, quæ prima & pulcherrima eſt Philoſophia. DEUS te ſervet feliciter! ſic cum *damula* mea in vertice rupis ſecurus ſtabis & immotus, minimè formidans *catellum, qui latrat, non mordet*; & tandem magnâ fiduciâ, cùm imminet ultimum vitæ momentum, ſabere: τετέλεσται, *conſummatum eſt*. h) Scripſi *Ferrariæ* Thuringorum Anno DEI-HOMINIS, MDCCII. ipſo B. *Bartholomæi*, Apoſtoli, die, quem varij nobili genere ortum, adeoque Regis Syro-

h) Joh. XIX.30.

Syrorum nepotem eſſe volunt; i) & quô die anno MDLXXII. infamis laniena *Pariſienſis* accidit, quô *nullum ſimilis ſævitiæ exemplum in tota Antiquitate, evolutis Gentium annalibus, reperitur unquàm.* k)

---

i) Vid. Epit.Eccleſ.C. I.L. II. c. 30. Petr. de Natal. SS. L. VII. c. 103. Marul. Spalatenſ. L. III. Exempl c.8. At vid. ſis etiam CL. Heſſi Part. poſt ἑορτογραφίας p. m 401. k) Vid. Thuan. L. LIII. hiſt in init. Chytr. L. XXIII. p.m. 683. &c.

APPLAUSUS
ERUDITORUM AMICORUM.

I.

ES *Vigil*, & *vigili* ſtudio *vigilanter* adumbras
Maxima *Naturæ* ac *Artis* magnalia ſanctæ,
Herbas, & *vermes*, *inſecta*, *animalia*, *piſces*.
Hoc eſt *à letho* famam *ſervâſſe redemtam*.
Sic *ad majorem Domini* meditaris *honorem*,
Ceu pius *Uranius*, qui *ſurſum corda* volutat,
Et fixis oculis bellum ſpeculatur olympum.
Per *mare*, per *terras* prudens ſpatiaris, *Arion*,
Quò pia fata volunt, graſſans *per ſumma*, *per ima*,
Abdita Naturæ, myſteria ſancta revolvis.
Felix, cûi toties *contingat adire Corinthum*!

hæc ſcripſit Amicus Amico

IGNATIUS Knüttel/JC.

II.

In Emblema libro præfixum.

UT ſtat in excelſa tua *damula* rupe quieta,
Latratumque *canis* ridet amœna ſui.
Sic *Virtus* : ſic *doctrina* eſt : in rupe morantur,
Quam fruſtrâ tumidus *ventus & unda* quatit.
Aſſiliat timidus, multùm baubetque *catellus* ;
Dama ſtat , & rictus non timet , ecce ! tuos.
Virtus invicta eſt : *Doctrina* immota , quid ergò
Mopſulus aſſultat ? cûi labor iſte bono?
Sed modò ringatur, rumpantur ut ilia ; *latrat* ,
Non mordet. Si vis vincere , *diſce pati.*

É Weſtfalia ſua miſit

Anton. Chriſtian. Schmär/
J. U. D.

III.

MOrs eſt & non eſt: eſt *Ens*, & *fabula* vulgi,
Qui ſapit, hoc dubium mente manuque capit.
Annon Excellens myſteria pandit ARION,
Vermiculum vivum dum probat eſſe? benè.
Kircheri, Hauptmanni, Lang veſtigia calcat,
Æquis quantus honor paſſibus hoſce ſequi?
Excute, ſi cupias larva ſine cernere verum,
Atque VIRO *fauſtos* corde precare *dies*.
Sed quid vendibili vino ſuſpendo corollam?
Emtorem *proba merx* invenit usque ſuum.

E Muſéo meo. Pruſſico.

Zachar. Waller/M. D.

IV.

ANte tuam *mortem* mortem meditaris, & illam
Exiguam ac *vivam beſtiolam* eſſe doces.
Abdita

Abdita Naturæ, *miracula* maxima promis,
Admiranda mihi pagina quæque refert.
Nil hîc vulgare eſt: *Sublimia* cuncta, *ſtupenda*,
Et ferè *inaudita*, ac *rara*, *jucunda*, *nova*.
Perge bonis avibus! vitam quam Tute dediſti
Morti, *mors* reddet denique grata Tibi.

Jeremias Schneefeld/M. D.

V.

DUm *vivam mortem* nobis tua penna revelat,
Vives in *viva morte* proinde tua:
Das *morti vitam*, ſine qua nec tangit & angit;
Ex *mortis vita* mors tibi nulla venit.
Quàm felix labor hic! meditatio fauſta: reperta
Singula ſunt *rara*, & *clara*; ita: *cara* mihi.

alato calamo addidit

M. Elias Darberger.

VI.

GAude *ſorte* Tuâ, quam ſic à *morte* reportas;
Summa Tibi *mors* hæc gloria, *ſors* & honor.

J. Daniel Wengler.

CHRI-

Christi Favente Præsidio!

I.

Primus ſupra trigeſimum nunc volvitur annus, cùm ζήτημα hoc curioſisſimum:

An mors naturalis (plerumque) *ſit ſubſtantia verminoſa?* Præfatio.

VIro omnium Seculorum memoriâ dignisſimo & verè *Athanaſio Kirchero*, Fuldenſi, S. J. Presbytero & Profeſſori Romano, amicè inſcriberem, qui tanti faciebat iſtud, ut imprimi curârit in Italia. Cùm verò perpauca exemplaria in Germaniam lata ſint, fruſtrà ea à me poſtulârunt rerum naturalium Inquiſitores. Operæ igitur pretium duxi, eandem diſſertationem repexam, auctam & emendatam, monentibus jamdudum Amicis, a) denuò luci exponere publicæ. Haud equidem diffiteor, me prima aſſertionis fundamenta ab Immortali *Kirchero*, Fautore meo, dum viveret, faventisſimo, & Acutisſimo *Langio*, Profeſſore Lipſienſi, didiciſſe, quo-

a) vid. §. 80. & 84.

quorum ille in aureolo ſuo *Peſtis* ſcrutinio, hic verò in judicioſisſimis *animadverſionibus* ad Experientisſimi Viri *Petri Joannis Fabri Pathologiam Spagyricam* tot abſtruſa, ſublimia, & inaudita ferè Dei, Naturæ, Artisque magnalia pandit, ut meritò quisque Bonus utrique *bonum* acclamet *factum*, καὶ πάντα καλῶς. Non neſcio, easdem meditationes fatigâſſe quondam *Auguſtum Hauptmannum*, Medicum Dreſdenſem, ſubtilisſimi ingenij Virum; ſed ego libellum ejus, cujus rubrum: *De viva mortis imagine*, Francofurti, ut ajunt, ad Mœnum; ſumtibus *Gôtzianis*, annô MDCL. excuſum, b) & à *Kirchero* alijsque allegatum, c) (*Wedelius* autem d) nec editum, nec perfectum autumat,) nunquàm vidi legive, nec ullibi impetrare potui, utut anxiè inquiſiverim. Quæ verò de eadem materia *Thermis* ſuis *Wolckenſteinenſibus* inſperſit, cum noſtris conferri qveunt. Bene interim jam moriturus *Socrates*: e) οἱ ὀρθῶς Φιλοσοφοῦντες, ait, ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκις αὐτοῖς Φοβερόν. *Rectè philoſophantes mortem commentantur, atque ob ea minimè omnium perterrentur*, i. e. *Summa tibi ſit Philoſo-*

b) vid. Præfat. D. Franci in Opp. Med. D. Chriſtian Langij, c) L. IX. Mund. ſubterran. c. 3. p. 108. L. de Peſte S. 1. c. 8. p. 93. & alibi, d) Patholog. Med. Dogmat. S. 11, c. 5. p. m. 242. e) in Phæd.

loſophia mortis meditatio aſſidua. f) *Nemo enim mortem hilaris excepit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuit.* g)

II. In prima rerum creatione, ubi, virtute divinâ, generationis & multiplicationis vim acceperunt pura & integra ſemina, omnes etiam res *puræ, perfectæ & incorruptibiles* erant. Nervosè hoc univerſum à munditie & elegantia dicitur mundus, græcè *κόσμος*, & terrra ſpecialiter *Adama*, i. e. *formoſa*, nec non ipſe Protoplaſtus, communis omnium noſtrûm Parens, nomen ſuum *Adam* à perfecta & abſoluta *elegantia*, ceu conſummatisſimum Creatoris opus, adeptus eſt, non à *rubedine terræ*, ut vulgus opinatur. Æthiopibus adhuc *Adama jucundum* eſt, *formoſum, amænum*, nec ipſi nomen *Adami* aliter, quàm de *formoſo* accipiunt. Et ſanè *Adama* urbs, h) antequam cum Sodoma & Gomorrha everteretur, in regione Jordanis ſemper irrigua, i) quæ *horto Dei*, i. e. excellentisſimo, k) comparatur, ſita, ab *amænitate* dicta fuit. l) Poſt lapſum verò Adamus, amiſsâ primitivâ elegantiâ ſuâ, commonefactus fuit mortalitatis, alluſione ad vocem *terræ*, è qua factus erat, m) & tunc puris illis ſeminibus, ex maledictione divina, novæ ſupervenerunt tincturæ, quarum miſtione totius creaturæ pulcritudo miſerrimè eſt defædata, & prima

O. olim pura.

f) Drexel. Prodrom. æternit. c. I. § 16. g) Senec. epiſt. 30. h) Gen. X. 19. i) Devteron XXIX. 22. k) Gen. XIII. 10. l) vid. Job. Ludolf. L. I. Hiſt. Æthiop. c. 15. m) Gen. III. 19.

ac pura illa ſemina novis quaſi, at infauſtis, veſtimentis obducta & involuta ſunt. Hæc *impura* ſemina, eâdem DEI potentiâ ſeſe multiplicantia, quaſi hoſpites & advenæ, radicibus & ſeminibus puris perfectisque in generationum principio obſequuntur qvidem, donec ſub fallaci ſervitutis ſchemate opportuna tandem nocendi tempora captent. Separata enim & exaltata genium indolemque ſuam produnt, morborum mortisque fabri.

Homo omnis impuritatis capax,

III. Homo, qui omnium rerum ſublunarium miniſterio utitur, univerſis impuritatibus coinquinatur, & infinitas morborum mortisque ſpecies imbibit. Conſiſtunt autem hæc ſemina radicesque in colluvie *arſenicali, ſulfurea, ſalina, mercuriali, vitriolata* &c. n) mixta tamen cum primis purisque rerum radicibus, cum quibus etiam aliquam affinitatem habent. Apertè Philoſophus Danus, *Friderici* II. & *Chriſtiani* IV. Daniæ ac Norwagiæ Regum Archiater, & Canonicus Roëskildenſis, *Petrus Severini*, Ripenſis, quem, ceu *optimum Naturæ & mundi interpretem*, admirabatur, & ut *Reip. literariæ nunquam intermoriturum decus ac ornamentum*, coluit Doctiſſimus *Ambroſius Rhodius*, in Regio Norwagorum Gymnaſio Chriſtianenſi Phyſ. & Mathem. P.P. Amicus quondam meus ſincerus, in *Idéa ſua Medicinæ Philoſophicæ, medullam, ſeu ſangvinem & ſpiritum totius doctrinæ Hippocratica*

n) vid. J. Gerh. Winters diſp. inaug. de contagio peſtilential. th. 12, ſeq. Marburg. 1677.

rica, *Galenica & Paracelſica* continente, ut Rector Regiæ Acad. Hafnienſis in Programmate ejus funebri commendat, licet codex iſte *Eridos ingratæ pomum* factus ſit, o) Morbi, ait ex *ſeminibus* producuntur, *ſeminaq;* (licèt occultiora) & *radices* in Natura habent, non in certis quibusdam individuis ſeorſim, ſed aliorum radicibus adhærent. Nulla propemodum natio eſt, quæ, uti diverſum ſitûs naturalisque conſtitutionis temperamentum ſortita eſt: ita diverſa quoque ſibique *propria morborum ſemina* inſita habet. p) Certè quæ de ſeminibus *ſtrumarum*, ſub qualibet clanculùm delitelcentibus, curioſè notavit Ampliſſimus *Tulpius*, q) aurea ſunt prorſus, & ſublimiori ſcrutinio digna. Erant ſcilicet adeò frequentia, ut non quina, vel ſena, ſed interdum dena, vel vicena occurrerent in eodem loco, eo tamen ſemper ordine, ut majora incumberent minoribus, declinante ſenſim usque eò ipſorum magnitudine, ut tandem vix æquarent ſemen *ſeſaminum*, incluſa nihilominus quælibet ſuâ tunicâ, & apta producere majorem *ſtrumam*. Manentibus enim hisce ſeminibus repullulant continenter eadem *ſtrumarum* genera. Ita ſeminum fermentificum *verrucas* generans quis non agnoſcit? Non ſolùm enim particulæ ſtagnantes in tubulis *verrucarum* facilè invertuntur: quâ inverſione factâ fermentum generatum immulat omnes particulas ſuccedentes, ſed & ſeminijs il-

Morbi ex ſemine,

Strumæ,

verrucæ,

o) Læt. L. VIII. rer. Danic. p) Kirch. de Peſte S. I. c. 2. p. 9. q) L. I, obſ. 46.

lis fermentificis lympha conſpurcata, maſſæque ſangvineæ commixta, *verrucarum* quaſi minetam ſiſtit. Elegans hanc in rem obſervatio *Pechiliana*, (r) de Chirurgo, cui toto corpore ſimul ſemelque eruperunt, maximè verò in manibus, omni ex parte obſitis, fruſtrà extirpatis, mox quippe propullulantibus alijs ex alijs, ut ideam *ſeminalem* in ſangvine hærentem facilè agnoverit. Confirmat idem *Marcellus Donatus*, (ſ) ubi quidam ulcere gangrænoſo vexatus, magnâ *verrucarum* copiâ obrutus, cauteria actualia & potentialia, imò oſſis deraſionem ipſam, absque auxilio paſſus eſt; in ulcere enim & carie oſſium *verruca* ſemper repullulavêre, quod ſine fermento tali fieri haud potuit. (t)

Homo ex diverſis conſtat. IV. Inſuper ut homo neutiquam ex materia ſimplici, ſed è diverſis & contrarijs miſcibilibus, etiam ante lapſum, compoſitus erat, ex *acido* ſcilicet, *ſalſo, amaro, dulci, inſipido, omnigeno*: ita hæc miſcibilia omnia *pura*, pacata, tranquilla, perfecta, ſine corruptione & morte fuiſſent in ſtatu integritatis, quatenus illa, ſanitati nunc contraria, nullam vim intuliſſent, ſed velut mancipia, compedibus vincta, DEO ita volente, ſub dominio principis formæ quieta permanſiſſent. Non enim ad *mortem*, ſed *vitam*, conditus erat homo. Ut igitur valeret, & optimâ frueretur ſanitate, ac temperamentũ haberet *πρὸς σταθμόν*, neceſſe utique erat, ut omnia amicè conſpirarent,

[r] L. II. num. 44. (ſ) L. III. c. 5. p. m. 248. (t) conf. Wedel. Diſp. de Verrucis c. 3.

rent, inque ſua contemperatione manerent, & hominem nullâ moleſtiâ afficerent. Poſt lapſum verò, nexû hoc mutuæ concordiæ diſrupto, ſanitati contrariæ tincturæ in corpore noſtro latitantes, imperio formæ ſuperioris & ſpecificæ excuſſo, ſui nunc juris factæ, alias tincturas ſub liberiori conditione hoſtiliter invadunt & oppugnant. Ita certè novæ ſuperveniunt tincturæ per emerſionem è ſuis cauſis, ex actu *primo* in *ſecundum*, non verò per novam creationem. Quam orthodoxam Acutisſimi *Severini* doctrinam (u) temerè impugnant *Sennertus* [w] & *Breitagius*. (x) Omnis ſubſtantia, quatenus talis, bona eſt, nec ulla mali natura, ſed boni amisſio, *mali* nomen meruit, quod *accidentaliter* tantùm ſubſtantiæ inhæret. Rectè S. *Auguſtinus*: (y) mala ſine bonis eſſe non poſſunt, quia naturæ, in quibus ſunt, in quantum naturæ ſunt, utique bonæ ſunt. Malum *ſubſtantiale* non datur, ſed *accidentale*, ſeu *alicui*. Sic miſcibilia in corpore humano, ex maledictione divina, poſt lapſum novas qualitates, corpori noſtro inimicas, ſuſcitant, contrarijs ſuis qualitatibus & moleſtijs notabiliter afficiunt, ſuâque impuritate & malitiâ corrumpunt & contaminant, ac malum tantummodo *accidentale* referunt.

Malum tantùm accidentale eſt.

V. Ex phantaſtico humorum quaternione in maſſa ſangvinea vulgus Medicorum omnium mor-

Humores ficti- tij.

[u] l. c. (w) de conſ. & diſſenſ. c. 16. p. m. 453. [x] Noct. med. c. 68. p. m. 288. ſeq. (y) L. XIV. C. D. c. 11.

morborum cauſas ſibi fabricat. Quas fatuitates dudum exploſere cordatiores, *Williſius*, (z) *Highmorus*, [a] *Mœbius*, (b) *Ammannus*, (c) & alij. Dictator noſter (à quo nihil perperam ſcriptum eſt, (d) quemque Antiquitas ἱερώτατον vocabat, quòd non arte atque induſtriâ homines ſanaret, ſed favore Numinis,) eos, ceu *matrices* & receptacula *ſeminum morbificorum*, admittit, videlicet *amari*, *ſalſi*, *acidi*, *dulcis* &c. Hæc enim ſunt, ait, (e) quæ habent magnam vim, non calidum ac frigidum, nec humidum, vel ſiccum. Utinam poſteri hunc ſervâſſent tenorem, nec credidiſſent, *calores*, *frigora*, *humiditates*, *acrimonias*, vel *amaritudines* eſſe morbos, ſed ipſum *amarum*, *acre*, *ſalſum*, *ponticum*. Aſt coram ſurdis, vel egregiè perforatis auribus hæc cecinit. (f) Humores, quatenus humores, i. e. primarum qualitatum ſubjecta, adeô potenter nos non afficiunt, ſed quatenus *acidum ſalſum* & *ſexcenta* alia in ſe comprehendunt. Latent enim in illis, veluti in terra, omnigenæ facultates. Hæ quidem, quamdiu ſunt in mutua contemperatione, neque cernuntur, neque homini moleſtias creant, ubi verò horum quippiam ſecretum fuerit,

(z) de febrib. c. 1. p. 99. [a] L. II. P. III. disquiſit. anat. c. 4. p. 192. [b] Med. Phyſiol. c. 12. p. 25. (c) in paranæſ. ad diſcent. L. II. P. II. c. 12. p. 142. ſeqq. [d] Gal. L. I. U. P. c. 8. [e] de priſca Medicin. (f) Helmont. tr. de morb. p. m. 424. conf. Dobrzensky Dec. I. Eph. curioſ. ann. X. obſ. 170.

fuerit,& per ſeſe extiterit,tunc conſpicuum fit, & hominem lædit.

VI. Cùm itaque pallida mors æquo pulſet pede pauperum tabernas Regumq; turres,(g) i.e.dicente *Seneca*,(h)quodcunq; eſt,quodcunque erit,morte damnatum eſt juſto Dei judicio, ob hominis delinquentis culpam ; quorſum cum delirante *Stagirita* (i) accuſabimus *Naturæ impotentiam*, vel cum cespitante *Galeno* (k) ejus *malitiam*,cùm mortem ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας vocet Apoſtolus. (l) Uti enim per hominem peccatum in mundum intravit : ita per peccatum mors, καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν. [m] Longiùs aut citiùs mors ſua quemque manet. Ὀψώνια, ait Paulus : ὀψώνιον propriè eſt,quicquid emitur, ut edatur cum pane, per *ſynecdochen generis* verò ponitur pro opſonio, quod militibus dabatur loco ſtipendij. Quis militat ἰδίοις ὀψωνίοις? (n) Hinc per *metaphoram* pro ſalario ſeu ſtipendio quovis accipitur. Primo modo Mors foret,quicquid cum pane comedimus,unſer Zugemüß. Quam appoſitè dictum. *Helmont.* ſcribit, (o) mortem non ex peccato, ſed *pomo* prodijſſe. Ne quidem quod in pomo ipſa eſſet mors,tanquã in letha-

ὀψώνια

An mors ex peccato pomové?

[g] Horat.I.carm.4. (h) ep.72. (i) L.II.G.A. c.1. [k] L. XIV. U.P. c.11. (l) Rom. VI.23. (m) c.V.12. (n) 1.Cor.IX. 7. (o) in theſi vid.Opp.ej.p.m.519.

li veneno . ſed inerat pomo *concupiſcentiæ carnis, incentivum libidinis, inebriativum luxuriæ*, ad generationem belluinam in carne peccati, quæ caro ſecum vehebat cauſas naturales defectuum, & mortis neceſſitates. Quocirca veriſimile eſt, ſi ſerpens nō potuiſſet obtinere ab homine, ut peccando ederet pomum, quod decerptum, iſtud ad radicem alicujus arboris licitæ projeciſſet, ut hoc medio mortem introduxiſſe gauderet hoſtis vitæ noſtræ. Idque ſatis colligitur ex textu, qvi non dicit: *Si comederis de arbore illa*; ſed dicit: *in quacunque die comederis, morte morieris.* Alibi expoſuit, (p) quî *morbus & mors* ad eſum *pomum* tanquam effectus ad cauſam ſecundam introiret in naturam. Concupiſcentia carnis à transgresſione orta peperit quoque carnem peccati, ac proinde natura corrupta per concupiſcentiam produxit morbum. Concupiſcentia autem poſtquam concepit, parit peccatum. (q)

Ridiculus Medicus, VII. Ridiculus ergò vanus iſte homuncio, Medicus Siculus, apud *Galenum*, [r] qui, cùm edito libro modum oſtenderat, quô quis poſſet ſenij expers perpetuò manere, cùm annum adhuc quadrageſimum ageret, ipſeque vix ad octogeſimum vitam produxiſſet, adeò gracili, ſicco, & exſucto erat corpore, ut faciem illam exprimeret, quam in libro *prænotionum* de-

(p) tr. de vita longa, [q] Jac. I. 15. (r) L. I. de tuenda ſanit. c. 12. & L. de maraſmo c. 2.

deſcripſit Hippocrates. Cum igitur multis ideò ludibrium deberet, quaſi, quæ alios docere vellet, in ipſo fallerent, poſteriori libro de admirabili *ἀγηρασία* oſtendit, non quemlibet ſenij expertem permanere poſſe, ſed ad hoc naturâ opus eſſe aptâ, & jactis à prima educatione optimis fundamentis, pollicebaturque, ſe infantum, qui ad hoc idonei eſſent, corpora redditurum *immortalia*, ubi ipſe eorum curæ ab initio præficeretur. Sed his promiſſis facilè dives eſſe poterat, Philoſophus, neque falſitatis redargui ejus pollicitatio, cum prius illi moriendum eſſet, quàm, quos ſuſcepiſſet pueros, ad virilem ætatem perveniſſent. Edita nuper eſt Auguſtæ Vindelicorum apud *Laurentium Kroniger* & *Gottlieb. Göbelij* heredes communicatio Medicinæ Chymicæ, qua Nobilis Venetus *Fridericus Gualdus* vitam ſuam ad quadringentos annos produxiſſe dicitur, quique adhuc annô MDCLXXXVIII. Venetijs viſus fuit. Verùm *Ulmæ* prodijt refutatio hujus fabulæ annô eôdem. Eſt apud *Chinenſes* ſecta primaria *Laozu*, quæ remediorum operâ *immortalitatem* ſpondet, ideoqve ab ijs maximo in pretio habita. (ſ) Quàm effuſus fuerit in eadem promiſſione *Paracelſus*, in propatulo eſt. At cum Lacheſi tantisper paciſci haud potuit, ut etiam paucos, ultrà trigeſimum, annos vix dum aſſequeretur. In cujus properatam **Laozu,**

(ſ) vid. Chriſtoph Arnold Obſervat. ad Roger. de Relig. Ethnic. c. 22. p. 710.

Digitized by Google

tam & ridiculam penè mortem, dum aliis ſeculum, & plusquàm viginti luſtra promiſit, ipſe verò vix ſex luſtra vidit, hoc epigramma fecit *J. P. Lotichius.* (t)

Para-celſus,

Si præcox Medici mors ſcandala præbet, oportet
Scandala præbuerit, mors, Paracelſe, *tua,*
Nam dum Neſtoreum *promittis pluribus ævum,*
Ipſe prius letho præveniente cadis.
Ridiculum Medicum! *ſi vis, Panacea ſenectam*
Conferat ut reliquis, ne moriare prius.

Et quamvis cum *Raymundo Lullio*, famoſo Chemico, ſanitatem usque in annum CXLV. ſcribente *Petro Pacifico* in *Legatione Perſica,* produxiſſet, tandem tamen via lethi calcanda fuiſſet. Miror, Acutiſſimum Philoſophum *Renatum Carteſium* etiam crediddiſſe, ad centeſimum annum poſſe aſcendi. Cùm enim in Svecia coram Regina Chriſtiana oſtenderet, qui vita ultra annos centum prolongari poſſet, ipſe non centum horas ſupervivens, triduo à diſſertatione habita elapſo, deceſſit. (u) Quantum verò ad prolongandam vitam bona diæta valeat, *Comarus,* Nobilis Venetus, teſtatur, qui à vigeſimo quinto ad quadrageſimum quintum usque ætatis annum proſtratam habebat valeletudinem, pervenit tamen ad annos XCV. tantùm accuratæ diætæ uſu: quam ſi tranſiliret,

Carteſius.

Comarus,

(t) L. IV. Obſ. 2. c. 9. (u) Sachſ. Gammarolog. L. I. c. 23. §. 6. p. 509.

ret, morbo fuit oppreſſus. (vv) An verò frequens comeſtio *carnis viperinæ* arcanum ſit ad vitam producendam, probent alij. (x) Egregiè *Bernhardus*: (y) *quid in rebus humanis*, rogat, *certius eſt morte, quid incertius horâ mortis invenitur? Non miſeretur inopiæ, non reveretur divitias, non ſapientiæ, non moribus, non ætati deniq; parcit, niſi quod ſenibus mors eſt in januis, juvenibus verò in inſidijs.*

IIX. Quid ergò propriè iſtud ſit, quod omnibus & ſingulis, ſeriùs & ociùs, τὰς παμφάγους ὀδόντας infigit, ut *Agapetus* Diaconus apud *Juſtinianum* Imp. loquitur, eſt quæſtio ſublimiori ingenio digna. Oho, clamabis fortè, num tu ignoras mortem? at, dic mihi ſodes, quid mors ſit? talis enim mors, quæ aut *ſeparatio animæ* ſit *à corpore*, aut *ceſſatio omnium* omninò *actionum*, reverâ purum putum figmentum ſcholaſticum, modò bene intelligas tres diſtinctos vitæ gradus à Cl. *Kergero* ſolidè & perſpicuè traditos. (z) *Mors quid ſit?*

Morte carent animæ, ſemperq; priore relictâ
Sede, novis domibus vivunt, habitantq; receptæ. (a)

Si vita eſt inſita vis rebus & ἐνέργεια,

[b]

(vv) vid. Diſcurſ. Phyſ. de termino vitæ J.A. Schmidij Jen. 1680. (x) Dec.II. Eph. Curioſ. ann. VIII. obſ. 159. (y) in ſermon. (z) de ferment. S.I. c.6. p.47. ſeqq. (a) Ovid. L. XV. Met. f. 3.

(b) omnia ſanè (vulgò mortua & inanimata) vivunt aguntque. (c) Forma enim dat operari. Non neſcio, quid *Ettmüller* (d) contradicit, ſed ego haud muto, quod dixi, verbum. Ex *luce in orcum*, exque *orco* viciſſim aliô die in *lucem* meant remeantque perpetuò omnia & ſingula. Ad corporis conſtitutionem varia rerum miſcibilia requiruntur. Miſcibilium horum, corporis conſtitutionem ingiedientium, fons & abyſſus eſt totum hoc ſublunare, in quo variæ fiunt formarum ſucceſſiones, ut hæ jam emineant, jam rurſus ſupprimantur. Annon nutriuntur parentes vario ciborum genere, plantis & carnibus brutorum? Plantæ extrahunt ſibi ſuccum è terra convenientem, in quo latet & *acidum* & *amarum*, & *dulce*, & *omnigenum*. Omnia iſta ex *orco* & *abyſſo* evocantur, ſæpeque inter ea tale quid reperitur, quod vel antea in alterius plantæ & bruti conſtitutione fuit deprehenſum, imò in homine potuit eſſe. Neque enim impoſſibile eſt, ut illa miſcibilia, quæ ante aliquot ſecula in Prædeceſſoribus noſtris fuerunt, à plantis rurſus attrahantur. Cumque plantis bruta veſcantur, rurſusque ipſa homini veniant in eſcam, fieri poteſt, ut illud, qvod antea fuit in homine, & bruto, iterum in hominis corpus reducatur. Non ineptè igitur, modò ſobriè intelligas, *Pythagoras* apud *Naſonem*: (e)

lux & orcus,

Cum-

(b) Gal. L. IX. M. M. c. 6. (c) Kerger l. a. (d) T. 1. Opp. p. 70. B. (e) L. XV. Met. f. 2.

Cumq́; boum dabitis caſorum membra palato,
Mandere Vos veſtros ſcite & ſentite colonos,
Abſconduntur quidē aliquando cadavera profundè ſatis in terram, nihilominus tamen variæ fiunt evaporationes, quæ pluvijs commiſcentur, & cum ijsdem fœcunditatem promovent. (f)

IX. Diſce ergo, ſi ſapias, quid ſit ἄδης, vel ἅδης, & *Φάος Hippocratis*, (cujus verba *tanquam DEI vocem* venerabatur *Galenus*. [g] ſolus enim *de ignorantia* triumfavit, ideò eſt Ariſtoteli *veritatis ſcientia Philoſophus*, i.e. *ἰσόθεος*,) & *σύγκρισις καὶ διάκρισις Democriti* (quem *Hippocrates* [h] *ἄριστον φύσεως καὶ κόσμου ἑρμηνευτὴν* vocat,) & venuſtus mihi eris Sapientiæ alumnus. Quis enim credet, Virum, qui in Perſia, Arabia, Æthiopia & Ægypto verſatus, Magos & ſapientes illorum locorum conſuluit, (i) tàm ineptè & abſurdè de atomis rerumq́ue generatione ſenſiſſe, qualia vulgò ipſi affinguntur? (k) Verisſimè *Seneca*: (l) cogita, eorum nihil, quæ ab oculis abeunt, & in rerum natura, ex qua prodierunt, & mox proceſſura ſunt, reconduntur, conſumi. *Deſinunt*, non *pereunt*, i. e.

ἄδης & Φάος Hipp.

Nil omninò perit.

(f) V. Rhod. diſp. ſuprà c. 8. Id. Med. Phil. Severin. (g) L. I. U. P. c. 9. (h) in Epiſt. (i) Plin. L. XXX. c. 1. (k) vid. Perer. L. V. Phyſ. c. 9. Sennert. de conſenſ. & diſſ. c. 12. p. 358. ſeq. Add. Dec. II. Eph. curioſ. obſ. 176. p. 445. (l) epiſt. 36.

i. e. partes certo quodam modo antea connexæ divelluntur, & ſæpe alia ineunt connubia. (m) E tripode Sulmonenſis Vates: (n)

Omnia mutantur: nihil interit: errat, & illinc
Hûc venit, hinc illûc, & quaslibet occupat artus
Spiritus: èq; feris humana in corpora tranſit.
Inq; feras noſter, nec tempore deperit ullo;
Utq; novis facilis ſignatur cera figuris,
Nec *manet, ut fuerat*, nec *formas ſervat easdem,*
Sed tamen ipſa eadem eſt: animam *ſic ſemper eandem*
Eſſe, ſed in varias *doceo migrare* figuras.

Et alibi: (o)

Ex aliis alias reparat Natura figuras:
Nec perit in toto *quicquam (mihi credite) mundo,*
Sed variat, faciemq; novat: naſcique *vocatur*
Incipere eſſe *aliud, quàm quod fuit antè*, morique
Deſinere illud idem, *cùm ſint huc forſitan illa,*
Hæc translata illûc: Summa tamen omnia conſtant.

Hanc doctrinam *Pythagoricam* etiam veteres Germanos tenuiſſe, ex *Diodoro Siculo* (p) & *Caſa-*

(m) J.B. du Hamel L.I.de corp.att.c.2.n.4. p. 16. [n] l.c. f. 3. (o) f. 4. (p) L. V. Biblioth. num. 28.

Cæſare(q) conſtat. *Quideſt,quod fuit, ipſum quod futurnm eſt? Quid eſt, quod factum eſt? ipſum, quod faciendum eſt. Nihil novi ſub ſole.* r) *Nec valet quisquam dicere: ecce, hoc recens eſt. Jam enim proceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.* ſ) Ut Typographus ex iisdem characteribus aliter atque aliter diſpoſitis alias atque alias orationes effingit:Et quemadmodum ædificium fit ex variis partibus materiæ præexiſtentibus, ex quibus rurſus diſſolutis aliud atque aliud conflari poteſt, additis, vel detractis lapidibus, aſſeribus, atque alijs partibus,ſituque eorum variato: ita ex certis principiis, ſed quæ interitum neſcirent, diverſimodè coëuntibus, omnes omnium mutationes fieri, autumabant Veteres, t) Certum eſt, inſit *G. B. de Saint. Romain,* u) literas numero XXIV. omnium vocum,dictionum diſcurſuum, imò librorum compoſitionem ſuppeditare. Et quemadmodum voces, dictiones ſyllabæ, diſcurſus, ipſique libri mutantur *invariatis literis*: ſic etiam compoſita majora mutantur & corrumpuntur *atomis immutatis*, & iisdem manentibus, nihil novi illis evenit, niſi quod non ſint amplius partes compoſiti unius, ſed fiant ſecundi, tertij, aliorumque ſucceſſivé, ad

nil novi ſub Sole.

B mun-

p) L. V. Biblioth. num 28. q) L. VI. B.G. Add. Hartknachs alt und neu Preuſſen P. I. c. 12.p.190.A. r) Eccleſ. I. 9. ſ) verſ.10. t)Baſſo Philoſ. nat. L.I. intent.I.art. 3.p.8. u) P. III. Phyſ. c. 3. p. 218.

mundi finem usque cùm omnes generationes, corruptionesque & motus in rerum Natura ceſſabunt. Ita juxta *Ariſtotelem*, vv) ex iisdem literis fit *tragœdia* & *comœdia*. Quocirca *Pythagoras* interrogatus, quid eſſet rerum generatio, alternatim ſe ſubduxit, rurſusque in conſpectum prodijt. x)

X. Sed agè ducam te per vaſtum Macrocoſmum, ut innumera *vermium* agmina, ſeu tamen excrementa eorum animata, vel ſeminia fœcunda, aut ovula, ſicque *mortem vivam* in quovis angello & rimula ſpeculeris, vereque cum *Drexelio* dicas y) *ubique mors eſt, omnibus locis, omnibusque momentis inſidiatur: quaquà venies, paratam invenies, nusquàm non præſtò eſt, occurrit undiq;.* Sic *animarum* omnia, τρόπον τίνα, *quodammodo* plena, z) i.e. totus mundus *verminoſus*, non alium ob finem, quàm ut videas ineſſe mixto ſexcenta, vitâ ſuâ &viribus dotata& ſub formæ ſpecificæ imperio, captivata, quæ libertatem priſtinam affectantia ſingula temporum momenta attendunt, in quibus, rejecto ſubjugationis freno, in ſtatum vitamque nobiliorem ſe vindicare queant. a] Monſtravi tibi *vermes* in omni *elemento*, b) ne *igne* quidem excepto. Gingit enim & contra-

Totus mundus verminoſus

Vermes in igne

vv) L. 1. de generat. & corrupt. c. 2. t. 6. p. 685.
x) Strigon. in Jonam. f. 438. y) l. c. c. 1. §. 16.
z) Ariſt. L. III. P. A. c. 11. a) Kerger. de ferment. S. I. c. 6. p. 65. b) add. ſis D. Wurffbain Salamandrolog. c. 12. §. 5. p. 109.

trarium Naturæ elementum, c) imò educat conſervatque. Infornacibus quippe Cypriis *Muſcas* naſci paulò majores noſtris, quibus extra ignem degere naturâ ſit negatum, gravisſimi Autores teſtantur, citante eos *Urſino* d) Vidiſti eos in omnibus *plantis* & *arboribus*, earumque *fructibus*, *frumentis* & *leguminibus*, imò *pane quotidiano*. e) Nec abhac labe immunia ſunt *medicamenta officinalia*, ſimplicia pariter & compoſita, exotica & domeſtica. Nam è longinquis, imò vicinioribus, regionibus ad nos delata remedia difficulter admodùm incorrupta ſervantur; quod longi itineris tempore incurioſè nimis, nec debitâ diligentiâ ad nos venerint, unde nulla nobis certitudo, jam in ipſis teredines *ova* non depoſuiſſe. Quod ſi experiri velis, annus integer pro exploratione requiritur. Quod de exoticis dico, de conditis noſtris, & alijs omnibus aſſero. Vide *tamariſci* & *filicis* ſemina, ob *vermes* intus latitantes ſaltantia. f) Narrant, in orientalis Indiæ inſula *Sombrero* reperiri arbores, quæ radicum loco magnos habent *vermes*, qui, creſcentibus arboribus, decreſcunt: & niſi hi planè abſumti, inque arbores mutati ſint, haud figent illæ ra-

Vermes in igne

plantis,

Medicamentis,

B 2 dices

c) Plin. L. XI. c. 36. d) in Theol. Symbol. n. 66. e) V. Bonet. L. III. M. S. S. X. c. 18. p. 568. Dec. II. Eph. Curioſ. ann. X. obſ. 171. p. 324. Add. Jonſton. L. III. de Inſect. c. 2. a. 1. punct. 1. 2. 3. 4. Garmann. Olog. diſſ. II. §. 135. ſeqq. Blankard. theatr. erucarum, vermium &c. 1690. f) Borell. C. III. obſ. 54.

Chocolada. *Pyra limacifera.* *Serpens in ▽ deſtillata.* *In pomis,* *Rore,* Meelthau/ *Hiſt:*

dices altiùs. g) De *Chocolada*, vermiculis albis pullulante, *Lentilius* noſter. h) Jucunda eſt obſervatio Excell. D. *Valentini* de pyris *limaciferis*, Schnecken-Birnen. Limaces non ſtatim in nucleis apparent, quamdiu adhuc arbori inhærent pyra, ſed poſtquàm decidendo aliquandiu in ſolo relinquuntur, ut putrefactione quaſi incipiente ſemina intus abſcondita recludi, ipſaque animalcula generari queant. i) Medicus cum certam aliquam aquam deſtillaret, poſt inſignem illius ebullitionem, tandem intra eam forma *colubri*, variegati coloris ſe contorquentis, comparuit. Dubio ſine *ſerpentis* ſeminium huic vel illi ſpeciei admixtum fuerit, quo de fuſiùs philoſophatur *Kircherus*, Vir πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων k) *Serpentum* figuras ex uredine in pomis aliquando conſpectas fuiſſe, narrat D. *Fack.* l) Et in rore putrefacto, ſolique expoſito, plurima inſecta vidit *Hensham*, Eques Anglicus, ut vides ex obſervationibus ejus *Regiæ Societati* oblatis. m) Varia inſectorum ſemina pluviæ juncta, quam Meelthau ruſtici vocant, quivis cernit. De *rubigine*, omnium frugum communi morbo, lege ſis *Ramazzinum*. n) Uxor *Fabri*

g) Seyfried medull mirab nat. L. II. c. 5. §. 27. p. 670. h) Dec. III. Eph. noſtr. ann. V. & VI. app. p. 103. i) Dec. III. Eph. cit. ann. II. obſ. 119. k) L. XII. M. S. S. IV. p. 417. l) diſp. de rore p. 20. m) V. Acta Philoſ. Anglic. 1665. M. Maj. n. 1. p. 25. n) Dec. II. Eph. noſtr. ann. IX, in append. p. 35. ſeq.

bri noſtri, Phyſici Heilbronnenſis, multo mane in horto pyra legebat moſcatellina, roro madente toto ſolo. Extabat areola luxuriante gramine ceteris ſuperior. In hoc dum ſcrutatur, uredinem quandam, non, ut inſpexit, à latente herba morſicante, ſed vapore virulento inter denſiora gramina percipit, quæ ſemihorij ſpatio ad humerum propè cum dolore, tumore, inflammatione inſigni progrediebatur; nec niſi alexipharmacis, diaphoreticis & emplaſtris cedebat. *Rorem* jampridem noxium agnovit *Plinius*. o) Ruſticus quidam ligna venalia in urbem vehens cum ſylvam proximam tranſiret, *afflatu tepido* circumdabatur, & tenuiſſimam veluti *nubeculam ſubcæruleam* animadvertebat, unde confeſtim dolor velut corroſivus illius faciem occupabat, tanto incremento, ut vix urbem attingentis facies ad extremam deformitatem turgeret, adeoque reſtitutionis cauſâ pernoctare inter ſudores proficuos cogeretur. Similis caſus accidit Pl. Rev. & Prænobili Dn. *Adelbardo à Bruch*, Capitulari & Cellario Imperialis ſemperque Liberæ Corbeiæ, Amico olim noſtro, cujus totum caput ab hujusmodi *afflatu virulento* tepidiori propè *Ovenbuſium* monſtroſè intumuerat, facies valdè erat inflammata, oculi penitus occluſi, ut ultrà quadriduum videre haud potuerit, quem convenientibus remedijs feliciter reſtituimus. p) De *vermiculis* a-latis

Alia,

Alia,

Vermes in rore-marino,

o) L.XXI. c. 17. p) Vid. addenda Dec. II. Eph. ann. IX. p. 463.

latis in *roremarino* ex toto viridibus, cum ſigno quodam in tergo ex nigro viridiuſculo & quadrato, odoremque plantæ proprium ſpirantibus, è quibus collectis contuſisque per affuſionem ſpiritûs roriſmarini D. *Hagendorn* eſſentiam confecit coloris ſmaragdini, odorisque fragrantisſimi. q) De *vermibus nivis* vid. *Zacut. Luſitanum*, r) Thom. Bartholinum, ſ) & Voglium. t) Fortè intra cortices arborum nimiâ morte extincti latent, & calore Solis animati in nivem prorepunt, ac proſiliunt gelu condenſatam; recedente autem Solis gratiâ nidos ſuos repetunt, vel nive merguntur & pereunt, u) vel ex nidis inſectorum ab una alterave arbore decusſis prorepunt, prolixiùs id probânte D. *Camerario*. w) Prodigioſa inſecta, quæ anno MDCLXXII. 20. Nov. cum nive in Hungaria deciderunt, accuratè deſcripſit & depinxit CL. *Daniel Wilh. Moller*, Profeſſ. Altdorfinus, Amicus noſter, x) Add. *Caroli Raygeri*, Phyſici Poſonienſis, diſcurſum de his *vermibus*. y) De *vermiculo* in avellana ad magnitudinem porcelli

Nive,

q) Dec. I. ann. II. Eph. obſ. 189. r] L. I. Ilt M. P. 66. ſ] de nive c. 9. p. 59. ſeqq. t] diſp. contra nivis albedin. real. S. III. qv. 2. & 4. p. 91. ſeqq. u) V. Dec. I. Eph. ann. III obſ. 197. w) Dec. III. ann. V. & VI. obſ. 30. x) in meditat. ſingular. p. 21. ſeqq. y) Dec. I. ann. IV. obſ. 89. & Dec. II. ann. II. obſerv. 110.

celli creto vid *Bartholin.* z) De *aranea* ſcutellam pedibus & corpore contegente *Borell.* a)

XI. Omnia animalia terreſtria, volatilia, aquatica, & reptilia *verminoſa* ſunt, b] quod *Kircher* in epiſt. ad *Hauptmann.* exemplo ſuis, aſini, aviumque pulveratricum, bellè probavit. De *vermibus* pſittacorum Braſilienſium nares obſidentibus *Maregraf.* c] De *pediculis* tàm in brutis quàm plantis *Moufet.* d] & *Jonſton.* e) De *pediculis* balænarum vide *Frid. Martens* Spitzbergiſche Reiſe-Beſchreibung. f] De *pulicibus* omnium brutorum idem *Moufet*, & *Redi* latiùs. Expone aquam fluvialem, ſeu fontanam phialæ vitreæ inditam, Soli æſtivo locis pulverulentis, orificio phialæ aperto, & videbis pulverem ex platea, equorum curruumque agitatione exagitatum, intra breve tempus aquæ in phiala contentæ cutim quandam inducere, quam ſi parumper exagites, pulvis ad fundum tendet, ibiq; ſub forma ſedimenti manebit. Quo pacto poſt aliquot dies diligenter examina limum, & veluti puſtulas quaſdam reperies, quæ ſunt *vermium* matrices. Ex his enim *vermiculi* pridem non niſi oculo armato ſenſibiles comperiuntur, qui identidem creſcentes tortuoſo motu aquæ innatabunt, & ſi competentem

O. animalia verminoſa

Experiment.

z) Vol. I. Ad. Hafn. obſ 3. a) C. III. obſ 19. b) V. Cynograph. m. S. IV. c. 3. c] L. III Hiſt. Braſil. c. 5. d) L. I. theatr. inſect. c. 24. e) L. II. de Inſect. c. 1. a. 3. p. 123. f) P. IV. c. 5. §. 4. p. 86.

maturitatem acquiſiverint, tunc aquæ & lateri phialæ admoti, mox ubi aërem attingunt, intra breviſſimum tempus, pedibus alisque aſſumtis, in *cyniphes* ſeu *zenſalas* animabuntur. Certè ex pulvere, vario rerum ſeminio referto, oriuntur, ſemina autem iſta vel ex cadaveribus animalium, felium, canum, volatiliumque, ſeu equorum, boum, porcorum, caprarum, vaccarum excrementis, in quibus variarum muſcarum culicumq; ſeminia latent, proveniunt, ſiquidem hæc pulveri commiſta, mox ubi humidum reperiunt, ſtatim quoq; calore ambientis animata in bullas primò, mox in *vermiculos*, denique in *cyniphes* hasce animantur, & quod *muſca* forſan eſſe debebat, aut *culex*, ob materiæ impotentiam, degenerans in *cyniphem* vertitur. Quæ maximè congruunt ſacræ paginæ, g) ubi percuſſo pulvere à Moſe *cyniphes* prodierunt, quæ fuit omnium plagarum moleſtisſima h)

XII. Hoſpitantur hi puſilli carnifices in omni cibo & potu. Omnia, ait *Neſtor* noſter curioſus, i] *quibus veſcimur*, vel *potamur*, *ſeu veſtimur*, *nihil aliud ſunt quàm inſectorum vermiculorumque tuguriola*. Rarisſima eſt aqua fontana, in qua non inveniantur *vermes* per microſcopium detegendi. k) Puriſſima aqua fon-

Aqua.

g) Exod. VIII. 16. h] Vid. Kircher. M.S.L. XII. S. II. c. 4. experim. 1. p. 362. i) Dec. II. Eph. Curioſ. ann. VIII. obſ. 164. p. 381. k) Blankard. C. II. obſ. 74. Add. Svvammerdam tr. de pedicul. & pulicib. aquat.

fontana fracido vaſis fermento mucceſcit, vermes concipit, *cyniphes* parit, imò pelle tegitur. l] In aqua pluviali citiùs generantur *Vermes*, quòd Spiritibus ſeminiorum turgeat, queîs fontana caret. In unica guttula aquæ innumerum *vermiculorum* oberrantium numerum vidit *Paul. Brand.* m] *Levvenhœck* itidem innumerabilem catervam minutiſſimorum animalculorum diverſæ magnitudinis, figuræ, colorisque notavit, quorum pleraque caudata, ita, ut in unica guttula aquæ *decem millia* conſpicua fuerint n) *Butterfild* habitans Pariſiis in ſuburbio S. *Germanici*, vulgavit Anno MDCLXXIX. Programma gallicè ſcriptum de *Microſcopiis* ſuis globularibus, quorum ope intueri licet *vermiculos* in urina dies aliquot aſſervata, itemque in aqua, cui per quinque aut ſex dies infuſa ſteterint grana *piperis* integra, *nuces myriſtica*, *caryophylli*, *ſemina coriandri &c.* Infuſi autem illius gutta una ſi inſtrumento imponitur, apparent natantia animalcula illa maximo numero, & ſtupendâ agilitate, ſat etiam grandia, certè tanta, ut diſtinctè ſingula contemplari queas. Cereviſia albo triticea, vulgò Breuhahn / innumerabilibus ſcatet *vermiculis*, quocunque tempore per microſcopium videndis. Quam fœdè enim recens cocta & adhuc tepida à *muſcis* conſpurcetur, ovulisque eorum, ſeu excre- *Microſcopia globularia.* *Breyhan /*

B 5 men-

l) Helmont. tr. imago ferm. impr. maſſ. ſem. n. 31. p. 94. m) Bonet. L. III. M.S.S.X. c. 18. n] Blankard C. II. obſ. 70. & 79.

mentis copioſisſimis imprægnetur, nemo non quotidie videt. *Breyhanum* iſtud nomen tulit ab autore ſuo, Zythepſæ, ſeu cereviſiarij Hamburgenſis ſervo, ita dicto. Hic ad Hanoveranos veniens, cereviſiamque Hamburgenſem coquere tentans, ſpe ſuâ excidebat: Pro Hamburgenſi enim hanc, quæ nomine ejus nobilitata eſt, accipiebat, ut ex *Henrici Buntingij Chronico Brunſvicenſi* citat *Mœbius*. o) D. *Nebel*, Profeſſor Marpurgenſis, in *vino Xerano*, Seeliſchen Seck / aliquoties reperit exigues *vermiculos*, vivos, natantes, pedunculorum molitationibus ſemel prodentes. Ovales erant, albi, & velut acari transparentes, acuto capite glabroq; dorſo prædití, *Bonomiq;* teredinibus ſimillimi, niſi quod quatuor utrinque pedunculos haberent hiſpidos, & pro cauta totidem pilos albicantes ac oblongos, è poſterioribus magis prominentes. Transparebant in poſteriori corpore binæ maculæ ſubfuſcæ, ſine dubio fiſcera repræſentantes, dumq; prorepebant, minimam aliqui guttulã, limpidi inſtar liquoris, è poſterioribus emittebant, quam poſtea ovulum eſſe cognovit oblongiuſculum, ſplendens, & undiq; transparens. Cúmq; paulò poſt innumeros hoſce vermiculos in lagenarũ vitrearum, vinum iſtud aſſervantium operculis plumbeis & quidem cochleatis illarum commiſſuris inveniret, ubi conglomerati adhæſerant, aut flaveſcẽti pulveri, qui fortè excrementa eorum retulit, immerſi: deprẽndit poſtea iſtos *vermiculos* in o-

Breyhan

Seck /

nium

o) Inſtit. Med. L. IV. P. II. c. 8. p. m. 520.

mnium lagenarum ſuarum operculis, inquêis hîc & illic foveas nidosque ſuos roſtellis fortè fecerant, in vino autem nullos vidit, ut crederet ex operculis in iſtud decidiſſe, quos primò in eo viderat. Curioſiùs exploraturus, num ex plumbo ſeu vino ſuam haberent alimoniam, effuſo vitro opercula ſicciſſima poſt aliquot ſeptimanas inſpexit, & plures *vermiculos* flaveſcenti ſuo pulveri immerſos reperit, at langvidos omnes, è dorſo rugis inæquali ſubfuſcos, cùm reliqui in operculis vino madidis corpulentiores, albicantes & vividiores curſûque velociores eſſent. Vitro incluſi moriebantur omnes, ſed vino madidis lagenarum operculis admoti priſtinum vigorem brevî recuperabant, manifeſto indicio, animalcula hæc dulci vino nutriri, &, hoc deficiente, contabeſcere. In *Uvis paſſis* conſimiles notavit *vermiculos*, verùm glabro dorſo, pedibusque aliquot ſaltem pilis annatis præditos, non hiſtricis inſtar hiſpidos, uti *Bonomus* depinxit. p] De animalculis in liquore à palmite deſtillante videatur *Levvenhöeck.*

XIII. Vermes in *aceto* (de quibus alibi q) non *ſerpentes*, ut *Borellus* vult, r) ſed *anguillas* exactè repræſentare cum oculis nigris, teſtantur D. *Paterſon* ſ) & *Levvenhöeck* t) Ego utrum- *Acetum,*

p) Dec. II. cit. ann. V. obſ. 105. q) P. I. Zeitf. etbaul. Luſt th. 15. r] in obſ microſcop. ſ) Dec. I. Eph. ann. II. obſ. 27. & ann. I. obſ. 13. p. 48. Blankard C. III. obſ. 100. t) in arcan. Nat. p. 7.

utrumque probo. Cùm graſſante peſte acetum antipeſtilentiale ille confeciſſet, ſtetit iſtud per hyemem. Peſte jam ſilente cùm effundere vellet, vidit circum circa ad limbum vitri (erat autem capax, rotundum, cum longo collo) incredibilem copiam *vermium* talium ſtare in ordine, & phalangem exhibere. Erant ſatis grandes, & ferè hâc longitudine, quales ne antè, nec poſtea unquàm viderat. Stabant autem in Ordine tali XVI. XVIII. XX. XXV. unus penes alterum, capitibus junctis: hos ſequebatur alius ordo, tunc tertius, & ſic conſequenter, donec totum ambitum lagenæ complerent. Effudit ex lagena in vitrum aliud non parvum illorum numerum, deinde impoſuit vitrum cum aceto aquæ ferventisſimæ; quamprimùm acetum ex aqua calorem intenſum acquiſivit, *vermiculos* prius ſe concitatiùs movere, dein tanquam ſagittas volitare per *acetum*, poſtea emori, fundum petere obſervavit. u) In guttula aceti *ſerpentulum* vivum albicantem vidit D. *Becher* vv] Multi tantum de debilioribus, non de omnibus, aſſerunt, verùm *Blankard.* x) de optimo quolibet affirmat cumprimis ſi paululùm aquæ ei affundas. Adde obſervationem *Menzelianam* y)

Mel, Scaphium, XIV. Rarius *mel* erit, quod non copioſos habeat *vermiculos.* Supplicium olim de Chriſtianis

u) l. c. vv) in der weiſen Narrheit p. 214. x) l. cit. y) Dec. II. Eph. Curioſ. ann. II. num. 58.

ſtianis horribilisſimum ſumebant Perſæ, qvod *Scaphiſmus* dicebatur. Chriſtianus enim ex carnificandus geminis ſcaphis, velut ciſta oblongâ & arctâ, ſupinûs includebatur, capite ſolùm, manibus pedibusque extantibus: pro cibo mel & lac vel invito infundebatur protrahendæ vitæ & augendis cruciatibus immaniſſimis. Nam interdiu ardentiſſimo Soli opponebatur incluſus, oculi vi deducebantur, caput inſuper, manus pedesque melle ac lacte perungebantur: hinc culicum ac muſcarum ingentia examina (ovula inferentia) partes illas velut atro panno tegebant. Potus autem ingeſtus vitam quidam ſervabat, quia facilè profluebat, fœdam in iſta ciſta putredinem & inde vermes generabat, è ſuis ſeminijs. Ita hominem in hoc lectulo jacentem foris crebrones & veſpæ, intus *lumbrici & vermes* miſerrimè laniabant. Hinc fiebat, ut cum mortui corpus aperiretur, fœdè à *vermibus* eroſum inveniretur. z) Cur ergò Spartani & Aſſyrij Reges ſuos de mortuos *melle* condiebant? a] num quòd citiùs, ſeu tardiùs putreſcerent, inque *vermes* abirent? *Plinio* b) placet poſterius, mihi autem prius.

XV.

z) Ant. Gallon. de Martyrib. c.1.p. 21. Zonar. T. I. Annal. Urſin. Acerr. Philol. L. III. §. 148. Piccart. Dec. IV. obſ. hiſt. polit. 6. a) Xenoph. L. V. p. 564. Diod. Sicul. L. XV. p. 401. Bibliothec. Strabo L. XVI. Geogr. p. 746. b) L. XXII. c. 24.

Ova, XV. De *ſerpente* vivo Spithamæ longitudinis & digitalis craſſitiei, ex nigro ſubcineritij & variegati coloris, capite verò nigro, inque gyrum circumvoluto in *ovo* reperto, vide rariorem hiſtoriam Aquili noſtri D. *Simonis Schultzii*, Phyſici Thorunienſis primarius c] *De pulicibus* vivis rubicundis & ſalientibus in ovo, actum eſt alibi. d) *De limace* in eo vid. *D. Reiſel,* Archiat. Stuttgardian. e) Scripſit mihi non ita pridem Amicus eruditus & fide dignus de *ovo quadrato*, in quo vivus ſcarabæus repertus eſt. Nimirum juvencula gallina primùm excludere volens ovum, varias domeſticis moleſtias, & difficultates oſtendit, quos cùm iſti parvi facerent moritur illa. Diſſecto cadavere magnum & ferè *quadratum* reperiunt *ovum*, quô aperto, latuit intus vivus ſcarabæus cornutus. *Vermis corylinus,* De *ſerpente* ex verme corylino vide *Jacob. Fortium* apud *Cadanum*. f) Nam nuce ad *vermen* usqe diviſâ, eoq; illæſo nucem in lacte condebant, & vas Soli exponebant, ſed ita, ut *vermis* à Sole non tangeretur. Ob id eâ parte, quâ Sol radiabat, vas contegebant. Poſt lacte addito rurſus exponebant Soli, lac autem *ovillum* eſſe oportet. g) De alio *verme corylino* porcelli

c] Dec. I. Eph. cur. ann. III. obſ. 190. Add. P. I. Zeitk. erbaul. Luſt th. 41. d) Dec. III. Eph. ann. III. obſ. 174. e] Dec. III. Eph. ann. V. & VI. obſ. 259. f] L. VII. V. R. c. 28. p. 287. g) conf. Jonſton. Thaumat. nat. Cl. VIII. c. 24. a. 3. p. 372. Aldrov. L. de inſect. VI. c. 4.

porcelli magnitudine vide *Acta Haffnienſia Medica*, h) ſi credere fas ſit. De Tit: *culice* inſtar *pulli columbini* duarum librarum vide *Bocchart*. i) *Corticem caſtaneæ*, intra quem integer ovium grex, tanquam in caula, commodiſſimè concludi potuit, vidit in monte Æthna, nunc *Montgibello* dicto, ad locum *allitre caſtagne* vocatum *Kircherus* noſter k] De *verme corylino* monſtroſo & formidabili inuſitatæ magnitudinis vid. *chronic.* meum *Ottbergenſe*. l)

XVI. In omnibus alimentis oleoſis, rancidis ac vetuſtis copioſisſimi *vermes* reperiuntur m) De carne madori Lunari expoſita elegans experimentum *Kircheri*. n) Accipe, ſcribit, particulam *carnis*, quam noctu lunari madori, usque ad ſequentis diei exordium expoſitam relinques, deinde illam attentè microſcopio contemplabaris, & reperies, totam à Luna contractam putredinem in innumerabiles *vermiculos* diverſæ quantitatis degeneráſſe, quos tamen ſepoſito ſmicroſcopio, nullo visûs acumine deprehendes, exceptis ijs, quos moles notabilis, inquam excreverunt, ſenſibiles facit, Inde pernicioſi cum tempore morbi. o) A carne putredini obnoxia & cani objecta meri vermes *Caro*]

h) Vol. I. obſ. 3. i) T. II. L. IV. Hieroz. c. 17. col. 568. k) V. China ej. illuſtrat. & arca Noë, l) in ſynt. rer. & Antiquit. Germ. p. 213. m) V. Opp. Ettmüller. T. I. p. 690. BlanKard. C. V. obſ. 41. Borell. obſ. microſcop. 14. n] de PeſteS. I. c. 7. p. 70. o] Id. L. IX. M. S. S. 2. c. 2. p. 127.

Farcimina. mes ἄνω καὶ κάτω rejecti p] De *farciminibus* coctis planè verminoſis nauſeoſa mihi retulit αὐτόπτης *Joann. Frideric. Himmel.* Not. Cæſ. Publ. Cùm lanio iſte obſervaret tenuia inteſtina *lumbricis* refertiſſima, abſcidit fruſtum duas circiter ulnas longum. In hac inteſtini tenuis portione vidit D. *VVepfer lumbricos* quosda perforationem moliri, quosdam ad dimidium corpus foràs tranſiiſſe, invenit etjam non pauca foraminula rotunda pennam mediocris craſſitiei admittentia jam paråſſe; inverſo autem inteſtino qvâmplurimos conſpexit ab interna ejus membrana pendulos & pertinaciter adhærentes, non ſecus ac hirudines, humanis perſimiles, longos & teretes, ægrè ſuccusſione & tractu abſcedentes. Huic inquiſitioni anſam dedit anatome puellæ novennis, quæ poſt multos cruciatus abdominis tabida obijt, in cujus cavo abdominis magni erant *lumbrici*, inteſtina aliquot in locis perforata, alicubi ſatis magno hiatu, alicubi portio inteſtini unius alteri firmiter accreverat, ibique ex uno inteſtino in alterum amplum foramen patebat, forſan à *lumbricis* factum q] Rectè igitur *Diogenianus*: r) ἐκ τούτων νοσοῦμεν, οἷς καὶ ζῶμεν: ex *his ægrotamus, quibus vivimus.* Nutrimur autem vel *animalibus*, ſeu *plantis herbisque*

p] Dec. I. Eph. Cur. ann. II. obſ. 5. q) Dec. II. Eph. cit. ann. X. obſ. 171. p. 810. r) ap. Plutarch.

biſque,{vel quicquid ad hæc quovis modo reduci poteſt,ut ſunt lacticinia,}& fructus omnisgeneris.Animalia alimentũ vegetabilis naturæplerumque aſſumunt,varijs *muſcarum vermiumq́* differentibus ſeminijs infectum, quod deinde in hominum nutrimentum cedens unà ſecum defert dicta ſeminia, alimentum poſtea in aliti ſubſtantiam verſum, ubi proportionatum humorem reperit, ibi calore intrinſeco fermentatum, tandem excludit pro qualitate ſeminij vermem,priſtino ſimilem,ſeu degenerem.Quidam guttâ ſerenâ afflictus, ex conſilio Medicorum, trecentas *viperas* in Italia captas ad ſe transferri curabat, & prius exſiccatas, ad præſervandum à corruptione, carne earum pullos gallinarum ſaginari juſſit, quorum ſingulis diebus unum comedebat. ſ] Si viperarum virtus adeò penetravit, ut per corpora pullorum diffuſa cum ægroto ea poſtmodum communicaretur, quidni alia animalia *vermibus* veſcentia eosdem nobiscum communicent? De *vermibus* in recenti Caſeo accuratè agit *Redi.* t) Pulvis *caſeo* innaſcens prodigioſum refert animal, cui ſupercilia leniter ducta, & quaſi penicillo deſcripta, oculorum grandes orbes perſpicuè ſubnigri, latumque lumen reddentes: *Ungviculis* & *ungulis* armatum, tota corporis facies eleganter colorata, reptat, vorat, ſe movet,magnitudine humanum ungvem æquans, dorſum **Vipera,** **Caſeus,**

C

ſ) Thoner. L. II. obſ. p,m. 117. t] L. de geneſ.inſector.

dorſum illi totum hiſpidum & ſquamis obdu-ctum, varijs ſtellarum lineamentis interpictum, ſpiſſis & hirſutis obvallatum ſetis. u] *Borellus corniculatum* addit & tres in cauda *aculeos* inſigniores. vv)

Vermes ubiq;, XVII. Cordatè D. *Vater*, Profeſſor Wittebergenſis; x) Licet ſæpiùs nullum ſeminium, aut acceſſus animalis alicujus obſervari queat, ubi nihiloſeciùs *vermes* generantur, tamen à ſenſuum noſtrorum defectu non ſtatim ad rei negationem concludere licet. Inſecta ſunt admodùm exilia, & tamen valdè prolifica, ideoque innumera,ſed *exiliſſima* ſeminia ſua ubivis (*per totam terram* y) ſpargunt, quæ ſæpiùs vix ac ne vix quidem accuratisſimis microſcopijs deprehendi poſſunt. Omnia vegetabilia nutriuntur ſuccis ſuis *verminoſis*, & domicilium pabulumque præcipuum *vermibus* ſuppeditant,unde nulla ferme planta reperitur, licet amarisſima,quæ, etſi curioſiſſimè abluatur, & ab acceſſu *verminoſo* defendatur, in ſtatu tamen putredinis *vermiculos* certos non excludat. E vegetabilibus autem ejusmodi *verminoſis* nutriuntur animalia, & in ſpecie homo, nutritur herbis & carnibus aliorum animalium

u) Obſ. microſcop. 27. vv] Vid. Dec. I. Eph. curioſ.ann. I. obſ. 11.p.54. Conf.Blankard. C. II. obſ. 29.Bonom.l.c. x) diſſ. de vermibus inteſtin. th. 12. ſeq. y) Gallarat. L. II. Syſtem.renovat.Phyſ.Med.c. 12.p.298.

malium, quid igitur mirum, quòd ejusmodi ſeminalis ſpiritus, imò ipſi vermiculi, in hominem quoque propagentur? Non vanæ prorſus ſunt obſervationes Anglorum (aliorumque) de *vermibus* in lacte calido & recenti, ſangvine, aceto &c. quos ipſimet oculis noſtris toties per microſcopia obſervavimus, de quibus plura videri poſſunt apud *Franciſcum Redi*, z) *Hockium*, a) *Vogt.*, b) *Levvenhôek.* c) *Svvammerdam* d) *Phil. Bonnan.* e) *&c.*

XVIII. Curioſum experimentum laudati *Redi.* f) Scilicet medio Menſe Junij, quô cœlum eſt calidius, in quatuor lagenas orificij amplioris miſit *ſerpentem* unum, *piſces* aliquot fluviales, *angvillas* Arni quatuor, & fruſtum *carnis* lactantis *vitulinæ*, occluſis poſtea & optimè obſignatis chartâ & funiculo orificijs, alijs autem lagenis totidem prædictarum rerum immiſit orificijs apertis, nec multum temporis abijt, quin in lagenis, quorum orificia relicta erant aperta, piſces & carnes *verminari* inciperent, muſcis, cum luberet, intrantibus & exeuntibus; at in lagenis occluſis nullum unquam *vermem* natum vidit, ut non unus menſis abierit, ex quo cadavera inſerta erant, nonnunquam tamen foris in charta excrementorum aliquid, vel etiam *vermiculum* invenit, *Experim. Redi.*

 qui

z) de Inſectis, a) in Micrographia, b) C. II. Phyſ. Zeitvertreiber them. 41. c] in inveſtigat. Arcan. ope microſcop. d) de Inſect. e] in Micrograph. curioſa f) l.c.p.47.

qui omni conatu & ſollicitudine id egit, ut inventâ aliquâ rimâ intrare in lagenam & victum quærere poſſit, omnibus, quæ intus erant, jam putrefactis, fracidis & corruptis. Idem experimento ſuo probat *Blankard.* g) cui & noſtrum, ſi permiſeris, addere quimus. Cumque diſſentiens quidam *verminationis* impeditæ cauſam in aëris denegatam occaſionem conjiceret, negotium ſuum repetijt Nobilis *Aretinus*, easdemque res & carnes, quas primâ vice ſumſerat, vitro alij recondidit, ut aëri quidem commeatus, non verò muſcis liber pateret. Putrefactis ijs, quæ intus erant, vitrum rurſus aperuit, ſed nihil *vermiculorum* obſervavit. Narrat præterea ingenioſus hic Italus, ſe ſæpiûs aliquot fruſta carnis ſub terra ſepeliviſſe, & humo optimè contexiſſe, quæ nullis unquam, etiam poſt plurium ſeptimanarum in terra moram, *vermibus* ſcatuerint, cum tamen carnes reliquæ omnes, in quibus *muſcæ* deſederant, in maxima copia *vermes* produxiſſent.

Muſcæ, XIX. *Muſcæ* nimirum varijs ovulis *verminoſis* carnes conſpurcant. Non enim ex putrido, neque ex herbis, aliave materia fœtida craſſaviſcidaque, niſi *muſcæ* & culices, aut papiliones, aliavè inſecta, *ovula ſua*, vel fœtus eò depoſuerint, vermes gignentur h) Ruſticus ab

g) in theatr. vermium &c. c. 1. n. 2. p. 2. ſeq.
h) conf. Waldſchmied. inſtit. Med. rational. L. II. c. 12. §. 5.

ab exulceratione auris dextræ, inquam *muſca* ſubdio æſtate capite nudo fœtus ſuos poſuerant, ut totus meatus auditorius *vermibus* candicantibus infarctus fuerit, tanquam vi quadam intruſis & impactis, horrenda pertulit: qui extracti mirâ agilitate & vivacitate ſubſultabant, ſeque movebant, quidam ſine caudis, omnes verò albi, unciam longi ſemunciam lati. h) Omnia animalia, quotquot ſunt in mundo, vel parva, ſeu magna, imò ipſe homo i) & plantæ k) ex *ovulo* ſuo prodeunt, & in hoc omnia futuri fœtûs rudimenta ut intenerrimis ſeminum gemmulis tota plantæ delineatio, præexiſtunt. Innumerorum minorum reptilium plenam fuiſſe *muſcam* ut formicarum inſtar in myrmecio quaquaverſum, in dorſo præſertim, diſcurrerint, colore argenteo & ſplendente *D. Gabrltep*, Archiater Brandenburg, curioſâ hiſtoriâ accuratè de quadam probavit. l) In *Muſca* occiſa LXXII. *vermes* membranæ incluſos offendit *D. J. Paterſon*, Phyſicus in ſuperiori Hungaria. m) Et *Blankard.* n) vidit LXXX.C.CXX.

 imò

h] Dec. II. Eph ann. II. obſ. 57. i) V. Garman. homo ex ovo 1672. & Dec. I. Eph. ann. III. obſ. 68. Add de ovo mundano diſp. J. A. Schmidij Jen. 1693. k) V. Joſeph. de Aromatar. in epiſt. libr. de rabie contagioſa præmiſſ. l) Dec. III. Eph. ann. III obſ. 169. m) Dec. I. ann. II. obſ. 27. n) in theatr. vermium &c. c. 4. p. 16.

imò D. in uno nidulo penes unam *muſcam*, qua de microſcopicè *Sachſius*. o) Gloriabatur *Franciſcus Joſephus Burrhi*,(qui inRegio] *Mercatorum portu* ſæpiùs converſatione ſui me dignabatur,) ſe ex plumbo per aërem corrupto *muſcas* plumbei coloris eduxiſſe, habentes alas & mucoſitatem ſuam metallicam in ventre miraculoſiſſimâ in extirpandis omnibus fiſtulis.p)

Dyſenteria cauſa. XX. Sola *muſca* (ut peſtis, notante ex Mercuriali *Kirchero* q) *dyſenteria* genetrix fuit. *Guieboldus*, Abbas Corbeiæ Saxonicæ, narrante *Meinharto de Lüchtringen*, tanquam curator, ſeu Proviſor Collegij *Heriſordenſis*, ſorores ibidem viſitârat, Reverſus mirabilem Fratribus ſuis retulit hiſtoriam, quamque ſuâ manu deſcriptam in bibliotheca reliquit. *Catharina de Pleſſe*, proba anima, finito completorio, preces adhuc ad Deum in cella ſua fuſura, feneſtram fortè habuit apertam, per quam magno cum ſuſurro grandior aliqua *muſca* irrumpit, quæ dextræ inſidens manui acriter pupugit eam. Pulſa. Non diu verò poſt inſignem *Catharina* ſentit tumorem, cum magna inflammatione, ut quieſcere nequiverit. Altero mane ſuboritur magnus ventris dolor, quem varijs placare voluêre remedijs, licèt fruſtrà. Interim dolores augentur, vires minuuntur & pu-

o) Dec. I. ann. I. obſ. 13. p. 51. p] Vid. conſil. ej. excerpt. ap. Strauſium reſp de fœtu Muſſipont. ad Deuſing. p. 79. q) de Peſte S. I. c. 4. p. 247.

rus tandem excernitur ſangvis. Aliæ, quæ vel inviſerant, vel inſervierant *Catharinæ*, eôdem inficiuntur morbo. Summa: multæ fiunt dyſenteriæ, ut Medic⁹ ſanas adhuc vix conſervare, ægrotantes autem ægrè reſtituere potuerit, aliquæ etiam cum *Catharina* mortuæ. Veneficium ſubfuiſſe putabat *Guicboldus*, cùm nihil periculi à *punctura muſcæ* diceret. Erat in vicino pago tunc lues hæc graſſans, ſed nemo mortalium ex eo monaſterium hoc acceſſerat, ut ſine contagio morbum hunc propagatum crederent. At quidnî funeſta pericula à punctura *muſcæ*? Matrona cùm punctionem circa carpum à veſpa accepiſſet, non ſolùm in lypothymiam incidit, ſed & die ſeqventi epidermidem per totum corpus ſeparatam ſenſit, quod ſine veneni præſentia fieri non potuit. r) Cùm *Adrianus* Papa, qui *Fridericum Barbaroſſam* proculcâſſe fertur, inter deambulandum ex limpido fonte bibere vellet, *muſca* in os volabat faucesque adeò tenaciter inſedit, ut ſuffocaretur, priusquam ei auxilium ferri poſſet. ſ) Nobilis quidam Neapolitanus cùm tempore peſtis neſcio quid ad feneſtram obſervaret, crabro qvidam [cujus anatomiam dat *Muralto* t) advolans naſo inſedit, & promuſcidis ſpiculo eidem infixo tumorem quendam effecit; quô ſenſim creſcente, & intra viſcera ſerpente veneno,

damna ab ea,

r) Hildan. C.IV. obſ.77. ſ) Piccart. Dec. VII. obſ. hiſt. polit. c. 6. t) Dec. II. Eph. Cur. ann. I. obſ. 56.

no. intra biduum contractâ peſte, extinctus eſt. u) Cadaveribus inſident muſcæ, veſpæ, crabones &c. animalium venenatorum, ſi non ipſis ſerpentibus, planè victitantes. vv) Cum ergò in vicinia tunc graſſatam *dyſenteriam* dicat, utiq; *muſca* hæc excrementis, aut cadaveribus humanis, inſederit, & contagioſum humorem ex iis ſuxerit, quem facilè in alium transferre potuit. *Dyſenteriam* verò æquè ac *peſtem verminoſam* eſſe, *D. Brand.* in Scania olim notavit. x) Imò quid reſpondebis ad hiſtoriam *Helmontianam* à *Kircbero* y] allatam de illo, qui literas in infecta urbe exaratas vixdum aperuit, ecce indigitis veluti puncturas quaſdam acicularum ſenſit, manifeſtum ferocientis veneni jam jam inſinuati indicium: deinde totis tremuit artubus, tandem aperto cum intromiſſo haſte bello confligens, intra paucos dies extinctus eſt, teſtamenti loco conceptæ à ſe labis heredem totam urbem cum magna mortalium ſtrage conſtituit. Cæterum diabolum in forma majoris *muſcæ* ſæpiùs apparuiſſe, probat *M. Schwimmer.* z) Anatomiam ejus dabit *Muralto* a]

Culices, XXI. Sunt in Panonia *culices* Holtſchen vocati, *muſcarum* turpiſſimi, & punctim feriendo moleſtiſſimi, qui præſertim noctu, æſtivo tem-

u) Kircher. de Peſte S. II. c. 4. p. 247. vv) Plin. L. XI c. 35. x) Act. Med. Hafnienſ. Vol. V. obſ. 31. Add. Dec. II. obſ. m. Med. Phyſ. n. 8. y] l. c. p. 263. z) in Delicijs Phyſ. qu. 2. a) Dec. II. Eph. ann. I. obſ. 64.

tempore, quaſcunque corporis partes attigerint, mordaciſſimis aculeis perterebrant,faciem ſæpè pluribus, iisque rubentibus efflorescentijs deturpantes: b] ut credam *Joanni Villano* ſcribenti: c) *Philippo* Francorum Rege, *Gironam*, Cataloniæ urbem, obſidente, *muſcas* obortas in exercitu,quæ morſu venenato homines & animalia pungentes neci tradiderint. De exitioſis *muſcis* Polonicis vide d) Poliſium. Pulchra certè ſunt, quæ de muſcis diſſeruit *Menzelius* noſter, e) de *culicum* generatione verò legi meretur D. *VVagner*, Phyſicus Tigurinus. f] Ecce puſtulas in toto corpore Studioſi Huſumenſis, g) ab inſectorum minimorum morſu,ſeu punctione,vel liquoris corroſivi effuſione factas, uti benè conjicit *Hannemannus* noſter. Nihil tam firmū eſt,cui non ſit periculum etiam ab invalido. *Leo* aliquando *minimarum avium* pabulum fuit& *ferrum rubigo* conſumit,dicebat prudens iſte Scytha *Alexandro* Macedoni, h) quem vulgò *Magnum* vocant,ꞌcùm potiùs *temerarium& vecors animal*,i) imò *omnium gentium latro* fuerit k)

C ,ſ. XXII.

b) Cober. Dec. I. curat. caſtrenſ. obſ. 9. p. 49. c) Hiſt.ſui tem.L VII. c. 101. d) Dec. II.Eph. ann IV.obſ.40.Conf.Dec.I.ann.X.obſ. 184. & Dec.II.ann.VI. obſ. 51. e] Dec. II.ann. I. ob.30 f.) Dec. II.ann III obſ.188. g) Dec. II. ann. VIII. obſ. 164. h) Curt. L. VII. c. 8. i) L.IV. c.14. k) Lucan. L.Xc. 20. Senec. L. I. de benef. c.13.& epiſt.94.Curt. L.VII.c.8.

Vermes Varronis, XXII. Sic *vermes* in *Microcoſmo* ex *Macrocoſmi vermibus*, eorumque ſeminio, ſunt arceſſendi. Eleganter *Varro*; l) *advertendum*, ait, *ſi quà erunt loca paluſtria, & propter easdem cauſas, & quod in ijs creſcunt animalia quadam minuta, quæ non poſſunt oculi conſequi: & per aëra intus in corpus per os ac nares perveniunt, atq; efficiunt difficiles morbos.* Utinam microſcopio ſubjicere liceret ea, opto cum *Paulo Caſſal*, Jeſuita Placentino, m) quæ in locis paluſtribus creſcunt animalia minuta, ùt Varro hîc monet. Horum enim figura ſi nobis perſpecta eſſet, cum tenuiſſimis *vermiculis*, quibus obſervatum eſt ſangvinem à diſſecta vena erumpentem eorum, quos febris corripuit. Hujusmodi ſcilicet *vermiculorum* capite ſi nigra fuerint, indicant, periculum ex febri imminere quam nulla exanthemata adhuc malignam eſſe docuerunt. Proclive autem tunc eſſet ſuſpicari, minuta illa animalia cum aëre quem Spiritu ducimus, intus aſſumta commiſceri cum ſangvine, in quo & incrementum aliquod ſuſcipiunt, & peſtiferâ fœcunditate multiplices fœtus procreant, unde incommoda primò valetudo, dein febris conſurgit. Multiplicabilem calamitatem ex tantillo animalculo confirmat relatio *Guilielmi Pijonis* n) *Biccho,* deminutiſſimis *vermiculis* Luſitanis *Biccho*, Braſilianis

l) L I.R.R c. 12. m) L. de Igne diſſ. V. CX. CXI. CXII. n) de Medic. Braſilienſ. L. II. c. 22. p. 38.

filianis *Tunga* dictis, qui ſæpè cum prurit u rarò cum dolore pedum digitorum extremitatibus innaſcuntur. Maximopere infeſti ſunt præ ceteris ijs, qui nudis pedibus loca arenoſa perambulant, in quibus, utpote calidiſſimis, vivere amant extra omnem conſpectum, fugiuntq; pavimenta lithoſtrata. Initiò in cute exteriori aliquandiu latitant: mox ingenti cum pruritu, præcipuè circa plantas pedum, ſine noxa cutem penetrant, inque ea ſe recondunt. Hi verò exigui, intusque paulò profundiùs occultati & veſicula orbiculari incluſi nigricantes apparent, eosque ſolo microſcopio explorare oportet. Adde aliud pernitioſiſſimi *vermiculi* genus nigrum, quod Braſilii *Maxigue* vocant, adeoque parvum, ut potius tactûs ſenſu, quàm viſu percipi ſoleat. Culicum more gregatim volitat, apparetque tantùm ſummâ exiſtente malaciâ, potiſſimum tempore veſpertino. Conf. Hiſt. de *Inſectis Chiquen* apud *Rochefort.* o) adde *VVilh. Joann. Müller. deſcript. de Fetu.* p) Quod verò è lacubus & ſylvis homines ſylveſtres oriantur, velut inſecta, ùt *Porell.* q) ex *Diodoro* & alijs allegat, ridiculum eſt.

XXIII. Et veluti in humiditate corruptibili generantur iſti *vermiculi*: ita humiditas iſta participat de Spiritu lucis, cujus beneficio inca- *lux verminum.*

o) in deſcript. Inſular. Antillar. L. I. c. 24. §. 6. p. 398. p) c. 3. p. 25, ſeqq. q) C. III. obſ. 59.

incaleſcit. *Eſt enim luci ſuus calor innatus quô agitatur, & ad quascunque generationes movetur*, ait, *P. J. Faber.* r) In quæ verba „ ſic commentatur Langius: ſ) iſtum humorem „ principium aliquod vitale ſui generis in ſe ha- „ bere, illudque à calore vivido, non intenſo, ſeu „ magno eo, qui mortificat potius, ſed blando „ ac velut materno, qui demum ad generatio- „ nem idoneus eſt, per iſtam putredinem ſuſci- „ tari, & ſic vermes illos progigni, Dogmatici „ aſſerunt: humiditatem iſtam aliquid lucis, „ ſeu calidi innati luminoſi in ſe continere ait „ Autor, cujus beneficio hæc agitatio, ſeu potiùs „ fermentatio, ac fermentans corruptio ad ge- „ nerationem diſponitur atque movetur. Nihil „ enim uno quidem animo, ùtùt etiam excre- „ mentitiæ malitiæ infamiâ notatum id ſit, tàm „ obſcurum, quin habeat in ſe aliquid clarita- „ tis, nihil tàm tenebricoſum, quin aliquid lu- „ cis in ſe comprehendat, nihil tàm impurum „ exiſtit, quod non aliquid puri in centro ſuo „ foveat, nihil tàm venenatum audit, quod non „ ſalubritatis quosdam radios ſpargere poſſit, „ nihil tam morbidum, quod ſanitatis quippiam „ reconditum non exhibere poſſit, nihil tam „ mortuum deprehenditur, quin vitalitatis ali- „ quod ſeminium oſtendere queat, ſeu vitale „ principium poſſideat, nihil tàm frigidum, quin „ quasdam calidi ſcintillas emittere poſſit, ni- „ hil tàm ſiccum, quod humidum ſuum non „ con-

r) in Pathol. Spagyr. c. 54. ſ) p. m. 473.

contineat, nihil tàm putridum ac corruptum, „ quod generationis deſideratæ ſpem offerre „ non valeat, adeò ut ex ipſa etiam putredine „ vita & gloria, omni theſauro pretioſior, ſæ- „ pe ſcaturire queat. Ergo mirum nullum eſt, „ quòd in humoribus, licèt excrementitijs et- „ iam ac immundis, in corpore vivo ſtagnan- „ tibus, vivum aliquod oriri poſſit &c. Admi- „ rabilis igitur lucis hujus ac ſpiritus effectus, „ exprimere non licet, niſi venerabile creationis „ opus accuratisſimè conſideretur, ubi ſtatim „ percipiemus, à Spiritu divino cujuslibet crea- „ turæ virtutem ac cujuscunque mixti lucem „ derivatam eſſe, & à lucidisſimo verbo FIAT „ primùm ad cœleſtia deſcendiſſe vivificum „ hoc robur, unde poſtea vegetatio & efficax „ propagatio cum aſſiduo ſplendoris vivifici „ influxu inferioribus omnibus & mixtis qui- „ buscunque indita fuit, atque hinc in vegeta- „ bilibus, mineralibus, ac omnibus rebus lucis „ ſeu ſplendoris illa ſcintilla à Sacroſancto ver- „ bo producta deprehenditur, quæ easdem ver- „ ſus metam perfectionis oppidò perpetimque „ promovere poſtmodum ſatagit. Adde ſis „ Illuſtrem *Bartholinum*, t] *Cynographiam* meam, u) & obſervationes *Grimmij*, vv] qui putat, illuminationem iſtam *vermium* provenire ex

t] de luce animal. L.II.c.11.ſeqq. u) S.IV. c.4. §3. Add. Greg. Reiſch Margarit. Philoſ. L. X.tr.2.c. 10.P. Zuch. Philoſ.opt, p.48. vv) Dec.II.Eph.cit.ann.I,obſ.172.

ex ſubtilisſimis, & maximè volatilibus ſulfureis & nitroſis particulis aëris, ab ijsdem ad ſe attractis & concentratis.

Ignis fatuus, XXIV. Hâc occaſione experimentalis Phyſicæ ſcrutatores *ignem fatuum*, & hûc illûcque errantem, ſeu *ſalientem*, item *lambentem*, qui hominum & equorum, aliorumque animalium capillis adhæret, & dum crinis comitur, in ſcintillas catervatim delabentes reſolvitur, & alia meteora (exceptô fulmine) judiciô *Langiano*, longè accuratiùs explicabunt, quàm hactenus factum fuit. Notum autem eſt, circa paludes, ſepulcra, patibula, macella, & hujuscemodi loca conſimilia, frequentiùs iſta, ut vocantur, meteora comparere, & mortales deludere; ſed inſimul cuivis etiam conſtat, aërem propè paludoſa & conſimilia loca inſectorum volitantium & minutisſimorum diverſis hinc inde ac disjunctis copiis ſcatere & oppletum eſſe. Ergò cum inſectis illis beneficium ſpiritûs lucidi ac ſulfuris vitalis nemo non concedere posſit, ratio ſtatim in propatulo eſt, quòd *ignis* ille *fatuus* nil aliud ſit, quàm certa quædam *multorum vermiculorum*, qui *culicum generi* non adeò disſimiles ſunt, copia, noctu lumen, ſeu flammam exhibens, quæ ob motûs ſui inſtabilitatem modò præcedere, modò ſequi, nunc ad latus reſilire, nunc elevari, modò deprimi videtur. *Crines ſcintillantes,* Quod ſcintillas, quæ è crine noctu, vel in tenebricoſo conclavi pectinato catervatim proſiliunt, ſpectat, illæ revera

ra nihil aliud ſunt, quàm *acori illi* ſuo etiam lucis ſpiritu ac vitæ ſulfure manifeſtò gaudentes,qui capillis fermè inſenſibiliter accreſcunt pariter & adhæreſcunt. Hi enim decidentes affatim non ſecus ac cicindelæ micant, ſcintillantque. Interrogati autem,cur loto & poſtea pectinato capite magis confertim hujusmodi ſcindillæ decidant, haud verò idem fiat illoto capite? Reſpondemus, quòd dum lotus capillus à viſcida immunditie liberatur, acori, ſeu beſtiolæ illæ,tàm firmiter tunc, quòd glutine illo deſtituantur,adhæreſcere lotis crinibus non poſſint, unde his pectinatis promtiùs poſtea abraduntur ac prolabuntur. Ex adverſo autem, ſi illotum ſit caput,crinis etiam multâ viſciditate ac glutinosâ impuritate imbutus eſt, quâ præſente,tenaciùs inſecta illa pilis adhærent,& dentibus pectinis tàm facilè non cedunt. x) *Levvenhöck* verò y) *vermiculos* iſtos capillares prorſus rejicit. Num autem per *ἀστέρας πλανῆτας* z) [*ignes fatui*,vulgò ſic dicti,intelligendi ſint,vide apud *Voglerum.* a) Cur *ligna putrida* noctû & in tenebris lucent? Quia inſectis ac *verminoſis* incolis minutiſſimis & infinitis, non ſecus ac caſei corrupti inviſibilibus *acororum* turmis ſeatent,ſunt pleniſſima, quæ cum indubitatò de ſpiritu lucis aliquid participent, fit, *Ligna putrida.*

x) Lang.Patholog.animat. ad c. 65. §. 5. y] in arcan. Nat. z) ep.Jud.verſ.13, a) comm.de rebus in SS.natural.p.397.

fit, ut etiam lumine ſuo in tenebricoſo & obſcurisſimo loco poſitum ſuum prodant, & ſic præclarè ſplendere videantur, non ſecus ac *lampyrides* noctu huc & illuc volitantes conſpicuè ſcintillant. Impoſſibile enim eſt, ut res penitus mortua, & nihil vivi in ſe continens ſplendere tunc posſit, niſi ratio illa, quam Nos ex ſublimiori Philoſophia *de viva mortis imagine & animata putredine* jam dedimus, admittatur. b) Miror ergò, Celebrem aliquem Virum, cujus nomini ex modeſtia parcimus ſcripſiſſe, doctrinam hanc nil niſi *poppiſmum* in receſſu habere, ut inflèt primò ſpem, hinc deſtituat. Parcius iſta Viris!

Apes in Leone, XXV. Ita ex ovulis ſuis in cadavere *leonis*, à *Samſone* occiſi, c] prodière apes, non ſupernaturali modo, ut aqua ex aſini dente molari, ſeu *Bonfrerius* d) cenſet. Singulare equidem divinæ Providentiæ ſpecimen admiror, naturæ tamen concurſu cum *Petro Martyr.* e] minimè excluſo. Quidnî enim contra *Ariſtotelem* f) & *Plinium* g) carni animalium asſideant *apes*, aut cadaver attingant? h) *Toſtatus Abulenſis* i] diſtingvit inter *urbanas* & *ſylveſtres* apes, harumque non tantam eſſe graveolentiæ curam, qua de *Columella*, k) quàm illarum putat.

b) Lang. l. c. p. 626. c) Jud. XIV. 14. d) in verſ. 8. e] in comm. ad verſ. eund. f) L. IX. c. 40. g) L. XI. c. 21. h) Add. Varro L. III. c. 16. i) quæſt. 13. k) L. IX. c. 5.

tat. Annon in boum viſceribus naturaliter [haud miraculosè,]quod *Strauchius* vult l]natæ ſunt ? m] Hinc etiam *βȣ́γενοι* ſeu *βȣγενεῖς* & *βȣ́παιδες* apud *Svidam*, alioſque Grajos, audiunt. *Cornelius à Lapide* & *Serarius* bovina & leonina viſcera ad generationem apum, accedente cumprimis divinæ potentiæ extraordinario influxu, accommodatisſima æſtimant. Hinc *Mouffet*, citante eum *Bocharto*, n) diſtinctas apum claſſes faciens, alias *λεογενεῖς*, (in leone) alias *ταυρογενεῖς* (in tauro natas) vocat. Illas nobiliores & ferociores, has viliores & manſvetiores judicat. In Æthiopia ſævisſimi ſunt leones, apes verò tàm cicures, ut inter hominum etiam cubilia nidificent. Contra in Creta nullum omninò *maleficum* animal o) reperitur, apes verò tàm acerbæ ſunt, ut nonnunquam incolas è ſedibus ſuis pepulerint. Retur *Bochartus*, apes quidem in leone inventas, at non natas eſſe. Sed quidnî ſubjectivè eidem inhæſerint, ex ipſa licet cadaveris leonini ſubſtantia non prognatæ ? Apud *Herodotum* p) in *Oneſilij*, Regis Cyprij, capite, & in *Hippocra-*

l) in ænigmat. Simſon. qv. 2. p. 32. m] Virgil. L.IV.Georg. verſ. 154. ſeqq. Conf. Ovid. L. XV. Met. verſ. 365. ſeqq. Varro L.II.R.R c. 5. & L.III.c. 16. Columella L. IX. c. 14. Plin. L.XI.c. 20. Kircher. L. XII. M. S.c.9. p. 349. n) P. II.qv.4.c.9. in Hieroz. o) Plin. L.VIII. c.58. p) L.V.c.114.

tis ſepulcro, ſecundùm *Soranum*, q) mellificâſſe leguntur. Et quid ſi dicamus cum *Strauchio*, r) cadaver leonis fuiſſe arefáctum, ſicque ab omni fœtore liberatum, is ſi tibi ſuſpectus videatur? Prodigioſum verò, quòd dormientis in cunis parvuli *Platonis* labellis mel infuderint; ſ] & recens nato *Labilate*, Regi Æthiopiæ, ſine noxa inſederint: t) vel quòd congeſto circa *Hieronem*, Regem poſtea Siculorum, jacentem melle, multis diebus eum aluerint, u) quod de S. *Ambroſio* etiam refert *Paullinus*. vv) De apum geneſi ex boum excrementis ita *Kircherus*: x) excipe ſub Vergiliarum ortum recens boum, qui plantâ, quam *Cerinthen* vocant, prius unà cum floribus mixtâ, paſcantur, excrementum, quod loco umbroſo & aprico ſub meridiem expones, eâ cautelâ, ne ſolis calore attenuatum in vaporem reſolvatur, & invenies ſumma cum admiratione *vermiculos* quoſdam naſci *erucarum* inſtar, quæ intra breve tempus, aſſumtis alis, in *apes* animantur pro varia materiæ diſpoſitione &c. Ægyptij regiam progeniem ſignificaturi, inter cornua bovis *Apim* pingebant, de quibus idem *Kircherus* in *Oedipo* & *Obeliſco Pamphilio* ſuo

Prodigia,

Apis,

q) in vita ej. r] l. c. ſ) Val. Max. L. I. c. 6. extrem. 3. lin. XI. c. 17. Cicer. L. I. de divinat. t] Ludolf. L. II. Hiſt. Æthiop. c. 5. u) Juſtin. L. XXIII. c. 4. vv] in vit. ej. Add. Baptiſt. Mantuan. in vit. ej. citante D. Petr. Müllero diſp. de jure apum c. 1. x) L. XII. M. S. S. 2. c. 2. experim. 1. p. 358.

ſuo fuſiſſimè. Quòd verò *Jobus* y) ex ore DEI de *ciconia* referat, eam ova ſua derelinquere in terra, ut à calido pulvere caleſiant & excludantur, ac oblivîſci, quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat &c. id Phyſicæ experimentali adverſatur, & ſine dubio vitioſam monſtrat verſionem. Vox enim hebraica non ſolùm *ciconiam*, quales apud nos ſunt, ſed etiam *ſtruthionem* ſignificat, cui poſteriori relata *Jobi* conveniunt. z)

XXVI, Quid? quod mortem etiam *ſaxis murisque* venire, ſagaciſſimus *Blankardus* probavit, a) & quilibet quotidie cernit. Inſpexit etiam vermes hosce *murivoros* per microſcopium, obſervataque circa eos deſcripſit curioſius Dn. *de Via* in epiſtola ad *Auzutbum*. b) De *jaspide carioſo* (in quem venuſtum extat epigramma in memoria *Sachſiana*) c) & de vermiculis *plumbum* (ut mures *ſtannum* d) depaſcentibus vide Curioſos noſtros *Velſchium* e) ac *Nebelium*, f) de alijs *cultellum* perforantibus *Chronic*. meum *Höxarienſe*, g) ut certè nec *vermiculos*, aut *excrementa* eorum, vel *ſemina* vitalia & fœcunda ubique aſperſa & inevitabili- *Vermes murorum*,

 ter

y) XXXIX. 16. ſeq. z) Vid. Franz. H. A. p. 392. ſeq. Druſ. Schol. in Job. p. 885 ſeq. a) C. II. obſ. 5. b) in Ephem. Gallic. XXXII. P. II. Tom. II. p. 372. c) Dec I. Eph. Germ. ann. VII. annex. c. 34. p. 59. d) Borell. C. III. obſ. 95. e) Dec. I. Eph cit ann. I. obſ. 154. f) Dec. III. ann. V. obſ. 105. g) p. 86.

ter in nos, vel immediatè ſeu mediatè, transplantanda unquàm evitavis. h) Sic in ors ſua cuique domi. Excrementis autem principium vitale ineſſe, ſeu, ut clariùs loquar, ſeminium, principium iſtud vitale continens, & excrementis immerſum, rectè docet *Ariſtoteles*. i) Obſervatum eſt noſtrâ memoriâ, ſcribit *Lemnius*, k] diſſecto mulieris cujusdam corpore, beſtiolas exemtas *ſoricibus muribusque* non abſimiles, quas natura ex ſordido aliquo excremento, quo alimenta erant imbuta, produxiſſe videtur. Compertum enim eſt, animalcula domeſtica, catellos, feles, mures, ſorices, cùm paſſim oberrent, cellasque promptuarias depopulentur, aliquando excremento ſeminali commaculâſſe eſculenta, quæ cum homines à ſordibus non abluant, tale quiddam progeneratur, *Marggrafius* teſtatur, l) *guajabam* arborem, Belgis *granatpêeren*, ob nucleos, quos continet, & ruborem pulpæ ſic dictam, non eſſe naturalem iſti terræ, ſed ex America Septentrionali ac Peru traductam. Primò enim unica fuit allata, dein aves comederunt fructus, & cum excrementis grana fructûs reddiderunt, ex quibus multæ natæ & in infinitum auctæ arbores, ut jam nullum plantarium reperiatur, ubi non extent. Idem de *nuce moſchata* referunt J. Jac. Saar, l] J. *Wilh.*

h] conf. Vogl. C. II. Phyſic. Zeitvertreib. th. 41. i] L. III. G. A. c. 3. k) L. II. O. N. M. c. 40. l) L. III. hiſt. plant. Braſil. c. 7. p. 104. l) im Oſt-Indian. Kriegs-Dienſt c. 3. fol. 40.

Wilh. Vogel m) *Diezius* n) & alij. De *bufone* vivo ex *abſceſſu* prodeunte, vide D. *Paul. Sorbait*, Med. Pract. Prof. in Acad. Viennenſi, o) de alio in *dorſo puellæ Kircherus*. p) Induſium fortè puella à ſordibus jam elutum extenſumque in herbeſcentem humum inſolationis causâ extenderat, ſive gramen ſubſtratum ex virulento *bufonis* cujusdam incubitu halituque aut ſpermatico humore, ſive ejusdem ſupra induſium irrepentis emiſsâ fœtura infectum fuerit, perinde eſt, certè utroque modo interula veneno bufonio imbui contaminarique potuit. Quod deinde corpori appoſitum induſium uti virulento *rubetæ* toxico, ſpermaticâ vi pollente, infectum erat: ita ſeſe per poros calore apertos concepta fætura altiùs inſinuante, ſucceſſu temporis tandem intra cutim velùti jacto ſemine in proximè diſpoſitam materiam, ejusdem ſpeciei cum *bufone*, è cujus emanârat ſeminario, animal exortum eſt. q) Huc quadrat relatio *Seyfridiana* r) ex P. à S. T. *Itin. Orient.* Addo verba: In Perſien ümb die Gegend der Stadt Congo am Sinu Perſico gelegen / iſt noch eine andere Arth Schlangen / wann derer eine ohngefehr über eines Menſchen Hemd / oder

Bufo in dorſo

Et ſerpentes.

m) Oſt-Ind. Compagnie Journal p. 183. n) diſſ. de N. M. c. 3. o] Dec. I. Eph. cur. ann. II. obſ. 103. p) de Peſte S. III. c. 3. p. 308. q) Add. quæſt. XXXVI. Reyes in camp. elyſ jucund. quæſt. r) in medulla mirabil. Natur. L. II. c. 5. §. 15. p. m. 644.

oder ander Linnen geräth/ſo er am Leibe trägt/ und an der Sonne liegt / kriecht / ſo wachſen demjenigen / der es nachmahls am Leibe trägt / Schlangen im Rücken / die werden auch je länger je gröſſer/und ſchlingen ſich allmälich ringsweiß ůmb den Leib/biß der Kopff und Schwantz zuſammen kommen. Damit aber dem vorgebaut werde / ſticht man dieſe Schlangen mit einer Pfrieme / oder Nadel in den Kopff / dadurch wird ihr wachſen verhindert/und der Menſch beym Leben erhalten.

Vermes in lixivio,

Mirantur homines, cur in lixivio putreſcente *vermes* naſcantur? Dico, hoc non aliter fieri, niſi quòd induſia fætura *pediculorum*, *cimicum* aut *pulicum* referta dictam fæturam lixivio intulerint, quæ ibidem labefactatæ virtute non in *pediculos* &c. ſed in *vermiculos* differentis ſpeciei degenerarũt. f) De *vermium ſerpentumque*

Vermium pluvia,

pluvijs, in Arabiæ & Libyæ locis ſæpè contingentibus, vide *Kircherum*; t) de *erucarum* pluvijs in Velaunijs autem nota, quid ex *Diodoro Siculo Dalechamp.* referat ad *Plinium*. u)

XXVII. Spectâſti etiam L. B. puſillum mundum ſupra & infrà, ante retroque, intus & extra, à vertice ad plantam, ab ipſo ortu per totam vitam prorſus verminoſum. w) De corde

f] Kirch. l.c. L. XII. S. I. c. 10. p. 353. t] l.a. L. IV. S. 2. c. 5. p. 211. u) ad L. II. H.N. c. 56. p. 161. w) Cynogr. m.l.c.c. 6. P. II. Zeitk. erb. Luſt th. 1. Add. Dec. II. Eph. curioſ. ann. VII. obſ. 1. in append.

de verminoſo vide me alibi. x) *Georg. Rollenhagen* y) vermem *cordis* pro puro mendacio reputat. Verùm ſi legiſſet obſervationem *Schenkij* z) parciùs fortè fatus eſſet. Eſus allij in die *Pantaleonis* contra iſtum *vermem* ſuperſtitioſus eſt. Cæterùm quid valeat *theriaca* iſta *ruſticorum* in enecando *verme* hoc ex *Joannis Hebenſtreits* libello de *Peſte* fuſius tibi narrabit Nobilis *Friburgi* Medicus. Annon *Confluentiæ* in corde pueri repertus eſt *vermis alatus*? & *Londini* Anglorum in lævo cordis ſinu *anguis bifidus* flagelloſus? a) annon tremor cordis à vermibus in eo ſtabulantibus? notante D. Helvvigio. b) Ex capillis mulieris menſtruatæ ſub fimo ſepultis naſci *ſerpentes* ait *J. Dan. Horſtius*, b) quod tamen ego fruſtrà tentavi. Vidit autem *Borell.* c) talem Meduſam, cujus innumeri capilli in *ſerpentes* animati. Carnis contextus ùt eſt filamentalis, ita quod filamenta hunc contextum abſolvunt, totidem *vermiculi* in carne generari poſſunt, ceu in exiguo fruſtulo ejus ali- Cor Capilli

x) Faſcic. II. obſ. m. 13. Add. Dec. III. Eph. ann. V. obſ. 188. y) in warhafften Lügen c. 14. p. 198. z] L II. num 194. a) J. D. Horſt. manud. ad Medicin, P. I. S 2. §. 3 p. 43. Sachſ. Ocean. Macro Microcoſm. § 19. Digbij arcan. Nat. p. m. 126. b) Dec III. Eph. ann. VI. obſ. 188 Add Dec. I. ann. X. obſ. 13 b) l. c. P. I. c. 1. p. 11. conf. Baricell. theſ. ſecret. c. 312. c) C. I. obſ. 23.

quot legiones *vermiculorum* gignuntur. d) Sic homô abſtractâ animâ vivum ſpiranſque cadaver eſt. *Schopfius* meus multos vermes in putrido cerebro vidit *Amſteldami*, ſenſibus & intellectu valde imminutis. Et in noſocomio *Argentinenſi* vidit *J. G. Geilfus*, e] mulierem, cujus *cerebrum* planè etiam putridum erat, at non *verminoſum*, quæque triduum adhuc vixit integris ſenſibus & intellectu. Vidit *Celeberrimus Kerckring*, f] *hepar* hominis & reliqua parenchymata minutiſſimis animalculis ſcatere, quæ an perpetuo motu ea corrumpant, ſeu conſervent, pravum ſcilicet ſangvinem hauriendo, ùt *Borellus* cenſet, g) dubium mihi videtur, qui potiùs prius aſſero. De *vermibus* vervecum in ductu cyſtico vide *Ephemerid. Eruditor.* h) Accipe *jecinora verveeina*, *ſeubovina*, ſeu illa fruſtulatim, & in aquam projice, ea manibus mulgendo & attractando, & videbis, multa talia animalia ab illis manare, quæ motu non deſtituta erunt, ſi jecora recentia fuerint, manent autem in magnis venarum truncis, & credo eſſe *vermes* illos cucurbiti nos in ſtomacho quandoque repertos. i) De *vermibus* veſiculàribus, ſeu hydatodibus in omentis caprearum vide ſis

Cerebrum

Hepar

d) Dec.III.Eph.cit.ann.V.obſ.85. e) L.I.Inſtit. Med.c.4.p.33. f) Spicileg. anat. obſ. 93.p. 178. g) C.III. obſ. 4. h) anno 1667 p. m. 85.ſeqq. Add.Dec. II. Eph.cit. ann. VII. obſ. 16.p.31. Dec. I.ann.VII. obſ. 188. ſeqq. i] Borell, l. c.

ſis Excell. *Hartmannum*, Profeſſorem Regiomontanum, Amicum noſtrum. k) Imò, quod mirabere, ipſum ſemen maſculinum, tàm in Viris, quàm aliis animalibus, ut gallo, cuniculo, cane, lepore, glire &c. *verminoſum* eſſe, oculatiſſimus *Antonius Levvenhöeck* l) cum *Nehemia Grevio*, nec non *Blànkardo* dudum probavit m] dixit *Vollerus* juniori *Th. Bartholino Myſſenbruchium* in ſemine humano (Seu potiùs γονῆ genitura, n] animalcula multorum generum vidiſſe, o) & laudatiſſimum Levvenhoëckium ſperma hominis *infantulorum* plenum notâſſe, narravit *Cornelius Bontekoë Blankardo*, p) quod verò *Levvenhoëck* negat. *Vermiculis* plenum dixerat ſperma humanum, ſed non *puerulis*. Repeto obſervationem *Cortnummianam*. q) Honeſta fœmina conqueſta olim, ſe toties, quoties ex debito conjugali maritum admitteret, ſentire inſignem colli uterini pruritum, ſubſequente mox crebriori mictione. Urinam in vitro aliquando collectam ipſa examinatura, varios cernit *vermiculos* candidiſſimos, rubris tamen roſtellis inſtructos, partim natan-

Semen verminoſum.

D 7 tes,

k) Dec. II. Eph. ann. IV. obſ. 23. l) in inveſtigat. arcanor. Nat. Part. alt. epiſt. m] P. I. Coll. Med. Philoſ. C. III obſ. 18. & 99. n) vid. I. G. A. c. 18. o) T. V. Act. Hafnienſ. obſ. 7. p] coll. cit. P. II. C. V. obſ. 6. p. 13. & P. I. C. III. obſ. 99. Add. Levvenhöck anat. & contemplat. P. I. p. 63. P. II. p. 110, & 149. q) faſcic. I, obſ. m, Med. Phyſ. 1.

tes, in ea, partim lateribus vitri adhærentes. Excepit alio die ipſum conjugis ſui ſemen; & ecce eosdem in eo longè copioſiores, quos etiam *Cortnummio* noſtro, Regio Profeſſori in Equeſtri Academia Sorona, oſtendit. Adhibiris autem, quæ methodus dictabat & ratio, aptis remedijs, expulſisque innumeris vermiculis cum urina, omnis ſublatus eſt queſtus. Cùm ſagacisſimus *Levvenhoëk* invaſe ſemen deferente,& teſticulis *leporinis* incredibilem animalculorum numerum caudis inſtructorum vidiſſet, credidit,teſticulos nullum alium uſum præbere, niſi ut animalcula in illis formata tamdiu in ijs ſuſtententur, donec ad ejaculationem ſint idonea. In teſticulo gliris animalcula reperta jure dici queunt *angvicula*. De incomprehenſibili numero animalium inter ſeſe molitantium ac natantium in teſticulis *ranarum* vide Eundem. r)

Obſ. Leeuwenhöck. XXVIII Idem diligentisſimus minimarum rerum Inſpector artificioſisſimis ſuis microſcopiis verè demonſtravit, in guttula aquæ, in qua per tempus jacuerunt *ſemina piſcium*, piſculos aliquot vivos minimos natantes, exactisſimè cognoſcibiles, quod nempe ſint lucij, carpiones &c. Quomodo autem id contingat,& in unica tantùm guttula ſeminis fœcundati lateat totum animal,res ſuprà captum eſt & verum Naturæ miraculum ac myſterium, ait Excell. D. *Frider. Hoffmann*, Profeſſ. Electoralis in Academia

r) in arcan.Nat.p.51.

demia Fridericiana Hallenſi, f) conceptum tamen hunc exhibet. In utroque ſemine tam maris quam fœminæ duplex potisſimum reperitur principium, alterum tenuisſimum, ſimplicisſimum, fluidum, quod *Spirituoſum* dicitur, alterum crasſius & aquoſius, quod in ſenſus incurrit & illius qs. exiſtit vehiculum ac involucrum. Tenuisſima portio elaſtica eſt, & agtaitisſimi motus, originem ſuam habet ex ſanguine in arterijs contento, & nervorum ac cerebri fluido, unde accidit, quod inſigem in modum illi debilitentur, & vigorem prorſus ingenij amittant, qui ſemen paulò inſolentiùs, inq; majori quantitate profundunt. Fluidum autem hoc actuoſisſimum, quod regit movetque partes fluidas & ſolidas corporis noſtri, quod animæ rationaliseſt accommodatisſimũ inſtrumẽtum, à Summo opifice, vi verbi ejus efficacisſimi, & à primordio rerum adhuc durantis, concreatam hanc posſidet efficaciam, ut ab externis rebus corporeis in illud agentibus recipiat atque retineat certam figuram, formam & motum, ac ſecundùm hæc proportionatam quoq; reactionem effectumque accommodatum in aliis rebus producat. Id quod dilucidè conſpicimus in ſenſationibus, perceptionibus, & exinde reſultantibus pasſionibus, quommodo nempe rerum externarum ideæ, quæ nil aliud ſunt, quàm veſtigia actionum ſenſorio impreſſarum

f] Diſp. de affect. hæreditar. illorumque origine theſ. 11. ſeq.

rum, reactionem & affectum in partibus liquidis ac ſolidis corporis noſtri producant admirandum. Et ſicut luminis radii, corporis, à quo repercutiuntur, imaginem delineatam continent: ita quoq; ſtatuendũ videtur, tenuisſima corpuſcula Spiritûs, qui continetur in ſangvine, & mediante hoc, ad omnes partes transfertur, radiorum inſtar omnium membrorum, à quibus repercutitur, imagines impreſſas habere, ipſasque in materia craſſa ſeminis retinere & conſervare. De animalculis viventibus in lactibus *lucij*, *percæ*, *cyprini lati*, *tineæ*, *truttæ* &c. Idem curioſisſimus *Levvenhoëck* t) audacter ſcribens: ſingulas lactium, ſeu ſeminis maſculi *aſelli* majoris particulas, unius arenulæ magnitudinem capientes, plus 10000. viva producere animalia, cautis oblongis inſtructa, ulteriùs probans, tot homines in toto mundo non vivere, quot animalcula viventia generentur ex unius *aſelli* majoris lactibus; imò plus decies ſuperare ea numerum omnium mortalium. u) De *Pullo* in ovo ſemel tantum ab incubatu gallinæ calefacto conſpicuo, ſi candens ferrum admoveas, motitante eo, vide *Blanckard.* vv) De *amygdalo*, in nucleo ejus, parumper cocto & aciculâ diviſo, apparente. Idem. x)

Vermiculi in ſangvine. XXIX. De *vermiculis* in ſangvine malignè febricitantium vid. *P. à Caſtro*, y) aliosque ſagaciores Naturæ Scrutatores; de inſectis *balaniformibus*

t) l. c. u) in arcan. Nat. p. 8. vv) C. V. obſ. 6. x) l. c. y) S. I. de febr. punctular. aph. 15. & S. IV. aph. 13.

formibus in eo Borell. z) licèt *Frommannus* meus, quondam in Auguſto Athenæo Caſimiriano Doctor. a) cum illuſtri *Schröckio* noſtro b) ad rarò contingentia referat, qui etiam hiſtoriam *Borelli* in dubium vocat. c) *Beccher* autumat, d) *oblongas*, tenuisſimas, & vix viſibiles *bullulas*, in fermentatione febrili à ſangvine ſpumoſo ejectas, fefelliſſe credulos. *D. Simon Paulli* e) *ſal volatile* in ſangvine refrigerato efflorefcens minutulos *vermiculos* falsò repræſentare ſtatuit. *Thiermayr* f) cum *Lövvio* g) minutas diſtinctasque *ſangvinis fibras*, ſero ſuo innatantes, & aëri expoſitas, ſeſe naturaliter dilatando & contrahendo facilè illudere potuiſſe, ſcribit; *Winckler* ait: h) ſangvinem *mucoſum* glaucoma *verminoſum* objicere. Alij cum *Dimerbrockio* i] *ingenioſum commentum* vocant. Sed nos affirmativam tuemur. Annon *petroſelinum* in juſculo ſumtum, experientiâ *Mol-*

z) C. III. obſ. 3. Add. Kirch. art. M. luc. & umbr. L. X. P. II. c. 8. §. 5. pragm. 2. p. 382. Sachſ. Ocean. Macr. micr. §. 139. ſeq. Blankard. C. VI. obſ. 61. a) de V. S. in morbill. declinat. §. 30. b) in Schol. ad obſ. Helvvig. 94. c) vid. Dec. I. Eph. ann. VI. obſ. 186. & Schol. ad obſ. Helvvig. 95. d) L. I. Phyſ. ſubterran. S. V. c. 2. n. 103. e) Botan. quadrip. Cl. III. p. 342. f) L. I. conſ. med. c. 7. in ſchol. g) tr. de morbill. & variol. c. 5. p. 59. h) Dec. I. Eph. curioſ. ann. VI. obſ. 56. i) L. I. de Peſt. ec. 8. annot. 31.

Moliberi & *ciborium*, ſcribente *Martiano*, ex ventriculo & inteſtinis per vaſachylifera ad cor,inde per pulmones ad renes & veſicam &c. pulſa & excreta fuerunt ? k) quidnî igitur *ovula animata* per vaſa ſuccum nutritium ad quasvis partes deferentia transportari queant ? De ſangvine ſanorum hominum *verminoſo Blankard*, l) de animalculis in ſangvine ranarum *Levvenhöck*, m]

Obj. XXX. At cùm non adſit *corruptio* ſangvinis,unde *putredo* & *vermes* in eo ? Rogas fortè cum *Marco Marci*, n) De ſangvine ſpumante adhuc & fumante,citra *putrefactionem*, inſigniter fœtido,ad nullam vel putidi ovi, ſeu ulceris ſordidi,mephitim comparando, vid. D. *Paulli* παρέκβασιν de febrib. malign. o) De febre putrida ſine *putredine* ſangvinis animata D. *Prewſius* Poliater Uratislavienſis. p) Verùm jam imminentis peſtis & contagij ſeminaria occultè in iſto latuerint,ut ipſemet conjicit *Paulli*: Quidnî enim corrumpatur & putreſcat ſangvis intra vaſa ſua ? Licèt id abſurdum videatur *Helmontio* q) ac *Martiano*. r] Vide tu ſis D. *Chriſt. Lang. Tract. de acidul. Egranis*; ſ) Add.

k] Horſt. manud. ad Medicin. P. I. c. 2. p. 122. l] C. VI. obſ. 61. m] l. c. p. 55. n] in Philoſ. vet. reſtitut. P. IV. S. 8. o] §. 11. p] Dec. III. Eph. ann. V. obſ. 127. q) de febrib. c. 3. n. 21. & c. 4. n. 6. ſeqq. r) comm. in Hipp. p. m. 134. ſ] in Miſcell. curioſ. med. p. m. 179.

Add. *Patholog. ej. animat.* t] Unde autem iſta corruptio? dicet *Kircherus.* u) Corrumpi ergò & toties corruptum putridumque inveniri ſangvinem, non magis hæſitamus dicere, quàm ſmaragdum viridem & nivem candidam. *Sylvio* vv) omnis fœtor in corpore putrefactionis alicujus ſignum eſt, nunc inchoatæ, nunc confirmatæ. Adde *Etmülleri* opera, x] ut fœtidum iſtum ſangvinem *Paulli* non ſine putrefactione dixerim, licet ut non omnis fœtor à putrilagine, eſt, ſic quoque non omnis putredo cum fœtore eſt.

XXXI. Similes omninò ſumus, Tros Rutulusvè fuat, avi *Tupute* apud *Nierenbergium* y] & *Fernandez*, z) quæ tota farcitur *vermibus*, hosque pro carne habet, his ſingula membra induta, præter hos & pellem nihil carneum. In Oceano Boreali piſcis eſt, cui nomen *Mors.* Hæc maris bellua maximè dentata eſt, ideò ex ejus dentibus, referente *Cardano*, a] gladiorum capuli conficiuntur. Corpus noſtrum vivarium eſt, in quo piſcem hunc *Mortem* alimus. Salsè interdum jocamur: **Der Kerl wurmt, Er hat einen Wurm.** Seriò dico & verè dico: omnes prorſus *homines*, ſive in aula vel

O homo verminoſus,

t) ad c. 69. p. 679. ſeq. & ad c. 66. p. 642. ſeqq. u] de peſte S. I. c. 3. §. 2. p. 26. vv] Prax. Med. append. tr. 5. p. m. 747. x] T. II. p. m. 1469. B. y) L. X. H. N. c. 14. z) hiſt. avium nov. Hiſpan. Tr. 2. c. 221. a) L. X. de ſubtil. p. m. 136. Add. Urſin. Acerr. Philolog. L. II. §. 244.

vel in caula, tàm vivos quàm defunctos, parvos pariter & amplos, innumeros alere *vermes*, ſeu tamen *ovula* & ſemina eorum *animata*, in ſuis corporibus. Fides catholica mulierum in Gallijs hæc eſt: *omnes pueros laborare vermibus*. b) Cùm autem nullus rejicitur, dicunt, in humores putridos fuiſſe mutatos. Haud malè. Nam uti *vermes* in phiala concluſi, & fimo calente obruti, brevi convertuntur in paſtam; ſic idem fiet in corpore noſtro. c]Ideò ſagaciores Practici in cunctis affectibus infantum (etiam adultorum) præſertim abſtruſioribus, ſedulò ad *lumbricos* attendunt, utut certa eorum indicia nondum manifeſta ſint. *Milleformia* inſectorum *ſemina* in lacte, cumprimis ſi diutiùs juſtò ſteterit, etiam in pulte, alijsque alimentis infantum, latent, quæ non tantùm in ventriculo non rectè alterantur, ſed & vitioſum ſubminiſtrant alimentum, unde ſerum redditur craſſius, quô dein diutiùs ſtagnante, & per inſenſibilem tranſpirationem haud foràs emiſſo, neceſſariò corrumpitur, & ſic occulta antea, & oppreſſa penitus principia ſeminalia, in ſero latentia, ſui juris facta, in *viva animalcula* tranſeunt d) Unde non nemo iſtud Propheticum

b) River. in obſ. à Pacheqv. communicat. 57. c) conf. Vogl. Phyſ. Zeitvertreib. C. ll. th. 41. d) Dolæus L. VI. Encyclop. med. c. 11. p. 1020. Kirch. L. XII. M.S, S.I.c.X.f.352. & S. II. c.1. f.537. Borell. ob. microſcop. 2.

cum e) urget: Butyrum & mel (non lac) comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. At vide ſis *Martin. Schockium*, f) & *Helmont*. g) In ipſo utero genitricum, vel tamen ab ipſo ortu *vermiculamur* ſinguli h) Quot membra in nobis, tot etiam mortes, ajebat *Luterus*; i) ego autem: quot pori corporis, tot ſunt oſtiola mortis. k) *Adam* enim *putredo*, ſeu prima vermium mortisque origo, & filius *hominis*, i. e. Adami, ſeu putredinis, *vermis*. l] Ein Menſch die Made / und ein Menſchenkind der Würm/quod in *Jobo verminoſo* m) latiùs probavimus, cui ſocium adjunxit *Poterius*. n] Quam meditationem noſtram Celeberrimus D. *Hanneman*, Profeſſor Kilonienſis, *curioſisſimam & ingenioſisſimam* dixit. o)

XXXII. Dictum iſtud *Syracidis* p) πολυθρύλλητον ita ruditer acceptum cum rei veritate rariùs convenit. Habet quidem exemplum *Salmut* q) de formoſo *Schleinizio*, quod M. *Joann. Müller* r) pro fabula reputat. *Vermes & ſerpentes cadaverum,*

E *Vogler*

e) Eſa. VII. 15. f) de butyro c. 25. g) Opp. p. m. 623. h) vid. §. 37. i] in Tiſchreden c. 32. k) Drexel. Prodrom. æternitat. c. 1. §. 20. p. 32. l) Job. XXV. 6. m) Cynograph. curioſ. S. IV. c. 10. n) C II. obſ. 77. o] Dec. II. Eph. cit. ann. V. p. 191. p) X. 13. q] C. III. obſ. 80. r) diſp. ſing. an ex medulla ſpinali in homine mortuo ſerpent, naſcant, Witteb. 1674.

ter in nos, vel immediatè ſeu mediatè, transplantanda unquàm evitavis. h) Sic in ors ſua cuique domi. Excrementis autem principium vitale ineſſe, ſeu, ut clariùs loquar, ſeminium, principium iſtud vitale continens, & excrementis immerſum, rectè docet *Ariſtoteles*. i) Obſervatum eſt noſtrâ memoriâ, ſcribit *Lemnius*, k] diſſecto mulieris cujusdam corpore, beſtiolas exemtas *ſoricibus muribusque* non abſimiles, quas natura ex ſordido aliquo excremento, quo alimenta erant imbuta, produxiſſe videtur. Compertum enim eſt, animalcula domeſtica, catellos, feles, mures, ſorices, cùm paſſim oberrent, cellasque promptuarias depopulentur, aliquando excremento ſeminali commaculáſſe eſculenta, quæ cum homines à ſordibus non abluant, tale quiddam progeneratur, *Marcgrafius* teſtatur, l) *guajabam* arborem, Belgis *granatpêeren*, ob nucleos, quos continet, & ruborem pulpæ ſic dictam, non eſſe naturalem iſti terræ, ſed ex America Septentrionali ac Peru traductam. Primò enim unica fuit allata, dein aves comederunt fructus, & cum excrementis grana fructûs reddiderunt, ex quibus multæ natæ & in infinitum auctæ arbores, ut jam nullum plantarium reperiatur, ubi non extent. Idem de *nuce moſchata* referunt J. Jac. Saar, l] J. *Wilh.*

h] conf. Vogl. C. II. Phyſic Zeitvertreib. th. 41. i] L. III. G. A. c. 3. k) L. II. O. N. M. c. 40. l) L. III. hiſt. plant. Braſil. c. 7 p. 104. l) im Oſt-Indian. Kriegs-Dienſt c. 3. fol. 40.

Wilh. Vogel m) *Diezius* n) & alij. De *bufone* vivo ex *abſceſſu* prodeunte, vide D. *Paul. Sorbait*, Med. Pract. Prof. in Acad. Viennenſi, o) de alio in *dorſo puellæ Kircherus*. p) Induſium fortè puella à ſordibus jam elutum extenſumque in herbeſcentem humum inſolationis causâ extenderat, ſive gramen ſubſtratum ex virulento *bufonis* cujusdam incubitu halituque aut ſpermatico humore, ſive ejusdem ſupra induſium irrepentis emiſsâ fœtura infectum fuerit, perinde eſt, certè utroque modo interula veneno bufonio imbui contaminarique potuit. Quod deinde corpori appoſitum induſium uti virulento *rubetæ* toxico, ſpermaticâ vi pollente, infectum erat: ita ſeſe per poros calore apertos concepta fætura altiùs inſinuante, ſucceſſu temporis tandem intra cutim veluti jacto ſemine in proximè diſpoſitam materiam, ejusdem ſpeciei cum *bufone*, è cujus emanârat ſeminario, animal exortum eſt. q) Huc quadrat relatio *Seyfridiana* r) ex P. à S. T. *Itin. Orient.* Addo verba: In Perſien ůmb die Gegend der Stadt Congo am Sinu Perſico gelegen / iſt noch eine andere Arth Schlangen / wann derer eine ohngefehr über eines Menſchen Hemd /

Bufo in dorſo

Et ſerpentes,

 oder

m) Oſt-Ind. Compagnie Journal p. 183. n) diſſ. de N. M. c. 3. o) Dec. I. Eph. cur. ann. II. obſ. 103. p) de Peſte S. III. c. 3. p. 308. q) Add. quæſt. XXXVI. Reyes in camp. elyſ. jucund. quæſt. r) in medulla mirabil. Natur. L. II. c. 5. §. 15. p. m. 644.

oder ander Linnen geräth/ſo er am Leibe trägt/ und an der Sonne liegt / kriecht / ſo wachſen demjenigen / der es nachmahls am Leibe trägt / Schlangen im Rücken / die werden auch je länger je gröſſer/und ſchlingen ſich allmälich ringsweiß umb den Leib/biß der Kopff und Schwantz zuſammen kommen. Damit aber dem vorgebaut werde / ſticht man dieſe Schlangen mit einer Pfrieme / oder Nadel in den Kopff / dadurch wird ihr wachſen verhindert/und der Menſch beym Leben erhalten. Mirantur homines, cur in lixivio putreſcente *vermes* naſcantur? Dico, hoc non aliter fieri, niſi quòd induſia fætura *pediculorum*, *cimicum* aut *pulicum* referta dictam fæturam lixivio intulerint, quæ ibidem labefactatæ virtute non in *pediculos* &c. ſed in *vermiculos* differentis ſpeciei degenerarũt. f) De *vermium ſerpentumque* pluvijs, in Arabiæ & Libyæ locis ſæpè contingentibus, vide *Kircherum*; t) de *erucarum* pluvijs in Velaunijs autem nota, quid ex *Diodoro Siculo Dalechamp.* referat ad *Plinium*. u)

Vermes in lixivio,

Vermium pluvia,

XXVII. Spectâſti etiam L. B. puſillum mundum ſupra & infrà, ante retroque, intus & extra, à vertice ad plantam, ab ipſo ortu per totam vitam prorſus verminoſum. w) De cor- de

f] Kirch. l.c. L.XII.S. I.c.10.p.353. t] l.a. L.IV. S.2.c.5.p.211. u) ad L.II. H.N. c.56. p. 161. w) Cynogr. m.l.c.c.6. P. II. Zeitk. erb. Luſt th.1. Add. Dec.II. Eph. curioſ. ann. VII. obſ. 1. in append.

de verminoſo vide me alibi. x)*Georg. Rollenhagen* y)vermem *cordis* pro puro mendacio reputat. Verùm ſi legiſſet obſervationem *Schenckij* z)parciùs fortè fatus eſſet. Eſus allij in die *Pantaleonis* contra iſtum *vermem* ſuperſtitioſus eſt. Cæterùm quid valeat *theriaca* iſta *ruſticorum* in enecando *verme* hoc ex *Joannis Hebenſtreits* libello de *Peſte* fuſius tibi narrabit Nobilis *Friburgi* Medicus. Annon *Confluentiæ* in corde pueri repertus eſt *vermis alatus*? & *Londini* Anglorum in lævo cordis ſinu *anguis bifidus* flagelloſus? a) annon tremor cordis à vermibus in eo ſtabulantibus? notante D. Helvvigio. b) Ex capillis mulieris menſtruatæ ſub fimo ſepultis naſci *ſerpentes* ait *J. Dan. Horſtius*, b) quod tamen ego fruſtrà tentavi. Vidit autem *Borell.* c) talem Meduſam, cujus innumeri capilli in *ſerpentes* animati. Carnis contextus ùt eſt filamentalis, ita quod filamenta hunc contextum abſolvunt, totidem *vermiculi* in carne generari poſſunt, ceu in exiguo fruſtulo ejus ali-

Cor

Capilli

 quot

x) Faſcic. II. obſ. m. 13. Add. Dec. III. Eph. ann. V. obſ. 188. y) in warhafften Lügen c. 14. p. 198. z] L. II. num 194. a) J. D. Horſt. manud. ad Medicin, P. I. S 2. §. 3 p. 43. Sachſ. Ocean. Macro Microcoſm. § 19. Digbij arcan. Nat. p. m. 126. b) Dec III. Eph. ann. VI. obſ. 188 Add. Dec. I. ann. X. obſ. 13 b) l. c. P. I. c. 1. p. 11. conf. Baricell. theſ. ſecret. c. 312. c) C. I. obſ. 23.

quot legiones *vermiculorum* gignuntur. d) Sic homô abſtractâ animâ vivum ſpiransque cadaver eſt. *Schopfius* meus multos vermes in putrido cerebro vidit *Amſteldami*, ſenſibus & intellectu valde imminutis. Et in noſocomio *Argentinenſi* vidit *J. G. Geilfus*, e] mulierem, cujus *cerebrum* planè etiam putridum erat, at non *verminoſum*, quæque triduum adhuc vixit integris ſenſibus & intellectu. Vidit *Celeberrimus Kerckring*, f] *hepar* hominis & reliqua par enchymata minutiſſimis animalculis ſcatere, quæ an perpetuo motu ea corrumpant, ſeu conſervent, pravum ſcilicet ſangvinem hauriendo, ùt *Borellus* cenſet, g) dubium mihi videtur, qui potiùs prius aſſero. De *vermibus* vervecum in ductu cyſtico vide *Ephemerid. Eruditor*. h) Accipe *jecinora verveeina*, *ſeubovina*, ſeu illa fruſtulatim, & in aquam projice, ea manibus mulgendo & attractando, & videbis, multa talia animalia ab illis manare, quæ motu nôn deſtituta erunt, ſi jecora recentia fuerint, manent autem in magnis venarum truncis, & credo eſſe *vermes* illos cucurbiti nos in ſtomacho quandoque repertos. i) De *vermibus* veſiculàribus, ſeu hydatodibus in omentis caprearum vide ſis

Cerebrum

Hepar

d) Dec.III.Eph.cit.ann.V.obſ.85. e) L.I.Inſtit. Med.c.4.p.33. f] Spicileg. anat. obſ. 93. p. 178. g) C. III. obſ. 4. h) anno 1667 p. m. 85.ſeqq. Add.Dec. II. Eph.cit. ann. VII. obſ. 16.p.31. Dec. I.ann.VII. obſ. 188. ſeqq. i] Borell. l. c.

ſis Excell. *Hartmannum*, Profeſſorem Regiomontanum, Amicum noſtrum. k) Imò, quod mirabere, ipſum ſemen maſculinum, tâm in Viris, quàm aliis animalibus, ut gallo, cuniculo, cane, lepore, glire &c. *verminoſum* eſſe, oculatiſſimus *Antonius Levvenhöeck* l) cum *Nehemia Grevio*, nec non *Blankardo* dudum probavit m] dixit *Vollerus* juniori *Th. Bartholino Myſſenbruchium* in ſemine humano (Seu potiùs γονῇ genitura, n] animalcula multorum generum vidiſſe, o) & laudatiſſimum Levvenhoëckium ſperma hominis *infantulorum* plenum notâſſe, narravit *Cornelius Bontekoë Blankardo*, p) quod verò *Levvenhoëck* negat. *Vermiculis* plenum dixerat ſperma humanum, ſed non *puerulis*. Repeto obſervationem *Cornnummianam*. q) Honeſta fœmina conqueſta olim, ſe toties, quoties ex debito conjugali maritum admitteret, ſentire inſignem colli uterini pruritum, ſubſequente mox crebriori mictione. Urinam in vitro aliquando collectam ipſa examinatura, varios cernit *vermiculos* candidiſſimos, rubris tamen roſtellis inſtructos, partim natan-

Semen verminoſum.

k) Dec. II. Eph. ann. IV. obſ. 23. l) in inveſtigat. arcanor. Nat. Part. alt. epiſt. m] P. I. Coll. Med. Philoſ. C. III. obſ. 18. & 99. n) vid. I. G. A. c. 18. o) T. V. Act. Hafnienſ. obſ. 7. p] coll. cit. P. II. C. V. obſ. 6. p. 13. & P. I. C III. obſ. 99. Add. Levvenhöck anat. & contemplat. P. I. p. 63. P. II. p. 110, & 149. q) faſcic. I, obſ. m, Med. Phyſ. 1.

demia Fridericiana Hallenſi, f) conceptum tamen hunc exhibet. In utroque ſemine tam maris quam fœminæ duplex potisſimum reperitur principium, alterum tenuisſimum, ſimplicisſimum, fluidum, quod *Spirituoſum* dicitur, alterum crasſius & aquoſius, quod in ſenſus incurrit & illius qs. exiſtit vehiculum ac involucrum. Tenuisſima portio elaſtica eſt, & agtaitisſimi motus, originem ſuam habet ex ſanguine in arterijs contento, & nervorum ac cerebri fluido, unde accidit, quod inſigem in modum illi debilitentur, & vigorem prorſus ingenij amittant, qui ſemen paulò inſolentiùs, inq; majori quantitate profundunt. Fluidum autem hoc actuoſisſimum, quod regit movetque partes fluidas & ſolidas corporis noſtri, quod animæ rationaliseſt accommodatisſimū inſtrumētum, à Summo opifice, vi verbi ejus efficacisſimi, & à primordio rerum adhuc durantis, concreatam hanc posſidet efficaciam, ut ab externis rebus corporeis in illud agentibus recipiat atque retineat certam figuram, formam & motum, ac ſecundùm hæc proportionatam quoq; reactionem effectumque accommodatum in aliis rebus producat. Id quod dilucidè conſpicimus in ſenſationibus, perceptionibus, & exinde reſultantibus pasſionibus, quommodo nempe rerum externarum ideæ, quæ nil aliud ſunt, quàm veſtigia actionum ſenſorio impreſſarum

f] Diſp. de affect. hæreditar. illorumque origine theſ. 11. ſeq.

rum,reactionem & affectum in partibus liquidis ac ſolidis corporis noſtri producant admirandum. Et ſicut luminis radii,corporis,à quo repercutiuntur, imaginem delineatam continent; ita quoq;ſtatuendū videtur, tenuisſima corpuſcula Spiritûs,qui continetur in ſangvine,& mediante hoc, ad omnes partes transfertur,radiorum inſtar omnium membrorum, à quibus repercutiuntur, imagines impreſſas habere, ipſasque in materia craſſa ſeminis retinere & conſervare. De animalculis viventibus in lactibus *lucij*, *percæ*, *cyprini lati*, *tineæ*, *truttæ &c.* Idem curioſisſimus *Levvenhoëck* t) audacter ſcribens: ſingulas lactium,ſeu ſeminis maſculi *aſelli* majoris particulas, unius arenulæ magnitudinem capientes, plus 10000. viva producere animalia, cautis oblongis inſtructa, ulteriùs probans, tot homines in toto mundo non vivere, quot animalcula viventia generentur ex unius *aſelli* majoris lactibus; imò plus decies ſuperare ea numerum omnium mortalium. u) De *Pullo* in ovo ſemel tantum ab incubatu gallinæ calefacto conſpicuo, ſi candens ferrum admoveas, motitante eo, vide *Blanckard.* vv) De *amygdalo*, in nucleo ejus, parumper cocto & aciculâ diviſo,apparente. Idem. x)

Vermiculi in ſangvine. XXIX. De *vermiculis* in ſangvine malignè febricitantium vid. *P. à Caſtro*,y) aliosque ſagaciores Naturæ Scrutatores; de inſectis *balaniformibus*

t) l.c. u) in arcan. Nat. p. 8. vv) C.V.obſ. 6. x) l. c. y) S. I. de febr. punctular, aph. 15. & S. IV. aph. 12.

formibus in eo Borell. z) licèt *Frommannus* meus, quondam in Auguſto Athenæo Caſimiriano Doctor. a) cum illuſtri *Schröckio* noſtro b) ad rarò contingentia referat, qui etiam hiſtoriam *Borelli* in dubium vocat. c) *Beccher* autumat, d) *oblongas*, tenuisſimas, & vix viſibiles *bullulas*, in fermentatione febrili à ſangvine ſpumoſo ejectas, fefelliſſe credulos. D. *Simon Paulli* e) *ſal volatile* in ſangvine refrigerato efflorefcens minutulos *vermiculos* falsò repræſentare ſtatuit. *Thiermayr* f) cum *Lövvio* g) minutas diſtinctasque *ſangvinis fibras*, ſero ſuo innatantes, & aëri expoſitas, ſeſe naturaliter dilatando & contrahendo facilè illudere potuiſſe, ſcribit; *Winckler* ait: h) ſangvinem *mucoſum* glaucoma *verminoſum* objicere. Alij cum *Dimerbrockio* i] *ingenioſum commentum* vocant. Sed nos affirmativam tuemur. Annon *petroſelinum* in juſculo ſumtum, experientiâ *Mol-*

z) C. III. obſ. 3. Add. Kirch. art. M. luc. & umbr. L. X. P. II. c. 8. §. 5. pragm. 2. p. 382. Sachſ. Ocean. Macr. micr. §. 139. ſeq. Blankard. C. VI. obſ. 61. a) de V. S. in morbill. declinat. §. 30. b) in Schol. ad obſ. Helvvig. 94. c) vid. Dec. I. Eph. ann. VI. obſ. 186. & Schol. ad obſ. Helvvig. 95. d) L. I. Phyſ ſubterran. S. V. c. 2. n. 103. e) Botan. quadrip. Cl. III. p. 342. f) L. I. conſ. med. c. 7. in ſchol. g) tr. de morbill. & variol. c. 5. p. 59. h) Dec. I. Eph. curioſ. ann. VI. obſ. 56. i) L. I. de Peſt. ec. 8. annot. 31.

Molitheri & *ciborium*, ſcribente *Martiano*, ex ventriculo & inteſtinis per vaſa chylifera ad cor, inde per pulmones ad renes & veſicam &c. pulſa & excreta fuerunt? k) quidni igitur *ovula animata* per vaſa ſuccum nutritium ad quasvis partes deferentia transportari queant? De ſangvine ſanorum hominum *verminoſo Blankard.* l) de animalculis in ſangvine ranarum *Levvenhöck.* m]

Obj. XXX. At cum non adſit *corruptio* ſangvinis, unde *putredo* & *vermes* in eo? Rogas fortè cum *Marco Marci.* n) De ſangvine ſpumante adhuc & fumante, citra *putrefactionem*, inſigniter fœtido, ad nullam vel putridi ovi, ſeu ulceris ſordidi, mephitim comparando, vid. D. *Paulli* παρέκβασιν de febrib. malign. o) De febre putrida ſine *putredine* ſangvinis animata D. *Preuſſius* Poliater Uratislavienſis. p) Verùm jam imminentis peſtis & contagij ſeminaria occultè in iſto latuerint, ut ipſemet conjicit *Paulli*: Quidni enim corrumpatur & putreſcat ſangvis intra vaſa ſua? Licèt id abſurdum videatur *Helmontio* q) ac *Martiano*. r] Vide tu ſis D. *Chriſt. Lang. Tract. de acidul. Egranis*; ſ) Add.

k] Horſt. manud. ad Medicin. P. I. c. 2. p. 122. l] C. VI. obſ. 61. m] l. c. p. 55. n] in Philoſ. vet. reſtitut. P. IV. S. 8. o] §. 11. p] Dec. III. Eph. ann. V. obſ. 227. q) de febrib. c. 3. n. 21. & c. 4. n. 6. ſeqq. r) comm. in Hipp. p. m. 334. ſ] in Miſcell. curioſ. med. p. m. 179.

Add. *Patholog. ej. animat.* t] Unde autem iſta corruptio? dicet *Kircherus*. u) Corrumpi ergò & toties corruptum putridumque inveniri ſangvinem, non magis hæſitamus dicere, quàm ſmaragdum viridem & nivem candidam.] *Sylvio* vv) omnis fœtor in corpore putrefactionis alicujus ſignum eſt, nunc inchoatæ, nunc confirmatæ. Adde *Etmülleri* opera, x] ut fœtidum iſtum ſangvinem *Paulli* non ſine putrefactione dixerim, licet ut non omnis fœtor à putrilagine, eſt, ſic quoque non omnis putredo cum fœtore eſt.

XXXI. Similes omninò ſumus, Tros Rutulusvè fuat, avi *Tupata* apud *Nierenbergium* y] & *Fernandez*, z) quæ tota farcitur *vermibus*, hosque pro carne habet, his ſingula membra induta, præter hos & pellem nihil carneum. In Oceano Boreali piſcis eſt, cui nomen *Mors*. Hæc maris bellua maximè dentata eſt, ideò ex ejus dentibus, referente *Cardano*, a] gladiorum capuli conficiuntur. Corpus noſtrum vivarium eſt, in quo piſcem hunc *Mortem* alimus. Salsè interdum jocamur: Der Kerl warmt/ Er hat einen Wurm. Seriò dico & verè dico: omnes prorſus *homines*, ſive in aula vel *O homo verminoſus,*

t) ad c. 69. p. 679. ſeq. & ad c. 66. p. 641. ſeqq. u] de peſte S. I. c. 3. §. 2. p. 26. vv] Prax. Med. append. tr. 5. p. m. 747. x] T. II. p. m. 1469. B. y) L. X. H. N. c. 14. z) hiſt. avium nov. Hiſpan. Tr. 2. c. 221. a) L. X. de ſubtil. p. m. 136. Add. Urſin. Acerr. Philolog. L. II. §. 244.

vel incaula, tàm vivos quàm defunctos, parvos pariter & amplos, innumeros alere *vermes*, ſeu tamen *ovula* & ſemina eorum *animata*, in ſuis corporibus. Fides catholica mulierum in Gallijs hæc eſt: *omnes pueros laborare vermibus.* b) Cùm autem nullus rejicitur, dicunt, in humores putridos fuiſſe mutatos. Haud malè. Nam uti *vermes* in phiala concluſi, & fimo calente obruti, brevì convertuntur in paſtam; ſic idem fiet in corpore noſtro. c] Ideò ſagaciores Practici in cunctis affectibus infantum (etiam adultorum) præſertim abſtruſioribus, ſedulò ad *lumbricos* attendunt, utut certa eorum indicia nondum manifeſta ſint. *Milleformia* inſectorum *ſemina* in lacte, cumprimis ſi diutiùs juſtò ſteterit, etiam in pulte, alijsque alimentis infantum, latent, quæ non tantùm in ventriculo non rectè alterantur, ſed & vitioſum ſubminiſtrant alimentum, unde ſerum redditur craſſius, quô dein diutiùs ſtagnante, & per inſenſibilem tranſpirationem haud foràs emiſſo, neceſſariò corrumpitur, & ſic occulta antea, & oppreſſa penitus principia ſeminalia, in ſero latentia, ſui juris facta, in *viva animalcula* tranſeunt d) Unde non nemo iſtud Propheticum

b) River. in obſ. à Pacheqv. communicat. 57. c) conf. Vogl. Phyſ. Zeitvertreib. C. II. th. 41. d) Dolæus L. VI. Encyclop. med. c. 11. p. 1020. Kirch. L. XII. M. S, S. I. c. X. f. 352. & S. II. c. 1. f. 537. Borell. ob. microſcop. 2.

cum e) urget: Butyrum & mel (non lac) comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. At vide ſis *Martin. Schockium*, f) & *Helmont.* g) In ipſo utero genitricum, vel tamen ab ipſo ortu *vermiculamur* ſinguli h) Quot membra in nobis, tot etiam mortes, ajebat *Luterus*; i) ego autem: quot pori corporis, tot ſunt oſtiola mortis. k) *Adam* enim *putredo*, ſeu prima vermium mortisque origo, & filius *hominis*, i. e. Adami, ſeu putredinis, *vermis*. l] Ein Menſch die Made / und ein Menſchenkind der Wurm / quod in *Jobo verminoſo* m) latiùs probavimus, cui ſocium adjunxit *Poterius*. n] Quam meditationem noſtram Celeberrimus D. *Hanneman*, Profeſſor Kilonienſis, *curioſisſimam & ingenioſisſimam* dixit. o)

XXXII. Dictum iſtud *Syracidis* p) πολυθρύλλητον ita ruditer acceptum cum rei veritate rariùs convenit. Habet quidem exemplum *Salmut* q) de formoſo *Schleinizio*, quod M. *Joann. Müller* r) pro fabula reputat. *Vermes & ſerpentes cadaverum,*

e) Eſa. VII. 15. f) de butyro c. 25. g) Opp. p. m. 623. h) vid. §. 37. i] in Tiſchreden c. 32. k) Drexel. Prodrom. æternitat. c. 1. §. 20. p. 32. l) Job. XXV. 6. m) Cynograph. curioſ. S. IV. c. 10. n) C II. obſ. 77. o] Dec. II. Eph. cit. ann. V. p. 191. p) X. 13. q] C. III. obſ. 80. r) diſp. ſing. an ex medulla ſpinali in homine mortuo ſerpent, naſcant, Witteb. 1674.

Vogler ſ) autem à ſingulari juvenis ſuperbia, & conſequenter Nemeſi divina derivat. Sic eidem miraculoſa ferè relatio *Henneberggeri*, t) quam citat *Schottel.* u) de *ſerpentibus* ſub ægro putreſcente ac fœtente, qui Parentes ſuos verberârat, natis. Quæ de *muribus* ex cadaveribus genitis, parricidam *Popielum*, per aquam flammamque perſequentibus, narrat *Garmannus* noſter, Amicus Venerandus, vv) miraculoſa prorſus ſunt. x) Næ, ſi *ſerpentes* veri cadavera hominum ſemper depaſcerent, quotidiana paſſim proſtarent huj? rei *τεκμήρια*. y] De *vermibus* etiam notum, quòd iſti non ſemper univerſum corpus conſumant. z] Notabiles tamen hiſtoriæ à *Garmanno* notatæ. a) Si homines aliquando pariunt *ſerpentes*, quidnî è cadaveribus ij prorepant? Sic de *ſerpentibus* à peſte enectorum cadaverum vid. *M. J. C. Hahns* GOttes Hand und Geißel. b) *Sperlingius* c) putat, non in cadaveribus gigni, ſed dulci odore dulcis humanæ carnis eò allici. *Voſſius* de veritate rei dubitans, ſi verum eſt, ait,

ſ) in comm. rer. nat. & Med. in SS. p. 228. t) in der Preußiſchen Land-Tafel u) de ſingular. in German. jurib. c. 3. p. 92. vv) Oolog. diſſ. 2. p. 178. x) conf. Cromer. L. II. Rer. Polon. p. 38. & L. IV. p. 380. (y) conf. Rollenhagen wahrhafft Lügen c. 16. p. 231. z) Vogler l. c. a) l. c. p. 174. ſeq. Add. Fort. Licet. de lucern. antiq. L. VI. c. 21. f. 725, ſeq. b) p. 56. c) L. VI. Zool. c. 1. § 3.

ait, argumentum præbet, ſive *ira divina*, ſive irreconciliabilis *odij ſerpentini* erga genus humanum, jam ab eo tempore, quô diabolus hoc inſtrumento decepit homines. d) Veriſſimè *Lucretius*:

-- -- *obnoxia cuncta* putrori
corpora, putrores inſecta animata *ſequuntur*.

XXXIII. Scrutare porrò *abditos, malignos, exoticos, ſtupendos*, inexplicabili ferè modo cruciantes, ideoque vulgò *incurabiles* morbos, tantùm non ſingulos, à *vermibus* excluſos: expende, quot milliones hominum ipſi occiderint, Medicis ne ſuſpicantibus quidem tantum nefas, quàm multi contrà, ingratis hoſpitibus à Natura, ſeu arte expulſis, miraculosè quaſi ſervati ſunt, victasque veritati dabis manus. e) De peſte fidem nobis fecit. Ingenioſiſſimus *Kircherus, Vir errantibus Medicis Phyſicisque natus*, encomiaſte D. *Chriſtiano Langio*, in *ſcrutinio ſuo* de lue hac contagioſa, quem κζ πόδα. Hic ſequitur in *Pathologia animata*, f) quicquid etiam alij occlament. Annon P. *à Caſtro* in peſte Neapolitana bubones & emplaſtra ijs applicata innumeris *vermiculis* referta vidit? Cui addas velim *Julium Placentinum* apud *Kircherum*. g) Annon *Zacut Lu-*

Morbi abditi, ſtupendi &c.

Peſtis.

d) Vid. L. IV. de idol. c. 52. p. 1480. e) Cynogr. m. S IV. c. 8. P. II. Zeitt. etb. Luſt th. 1. Decad. I. obſ. m. 1. f) c. 63. g) de Peſte S. II. c. 4. p. 241.

ſitanus h) in ſævisſima peſte, Luſitaniam quæ perdidit, principio morbi omnibus *vermium nigrorum rotundorum* copiam per nares manâſſe obſervavit? Antequam lues peſtifera *Serveſtam* infeſtabat, febres graſſabantur malignæ, epidemiæ in junioribus cum *vermibus*, in adultis plerumque cum petechijs, & ipſo poſtmodum peſtis tempore à multis pueris *per os & inteſtina* rejiciebantur. i) De peſte ſub forma fumi cœrulei in Friſia Orientali vid. *Hanneman*; k) qui an congeries, ſeu agmen minimorum animalculorum ſecundùm *Kircherum* ſit, haud temerè aſſerit, licèt in affirmativam inclinet. De *Kirchero* autem noſtro *J. Bened. Sinibald.* in Romano Athenæo Med. Pract. Prof. Ordin. ait: eum de re *valde ardua intimèq; abſtruſa tàm doctè, baſilicè, methodicè, tamq; acroamaticè* ſcripſiſſe, ut fas ſit aſſerere, neminem adhuc, nec vetuſtioris ſeculi rei Medicæ Profeſſorem, ad *peſtis ideam proximius* calamo collimâſſe. In penitisſima Naturæ penetralia ſeſe inſinuans, non vulgares, & ex trivio petitas rerum cauſas, ſed *abſtruſiores, aliisq; imperſcrutabiles ac veras* ita aſſecutus eſt, ut ipſis ſenſibus nobis conſequendas offerat, dicente *Paulo Zacchia*, Aulæ PontificiæMedico. *Abſtruſisſimis* & *prorſus reconditis* animadverſionibus & experimentis condecoratum opuſculum vocat *Hieron.*

Kircher. encomia,

h) L. IV. M.P.H. 46.qv.42. i) Salmut. C.III. obſ.54. k) Dec. III. Eph. Curioſ. ann. V. obſ. 196.

Hieron. Bardius, D. Theol. & Med. Ad rem *Cous* noſter: l) *Qui verò ea, quæ ab alijs ſunt inventa, & inhoneſto verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigit, ſed à peritis inventa apud imperitos traducit, is ſanè prudentiæ exiſtimationem tueri velle non videtur, ſed potiùs naturam ſuam, aut ignorationem malitioſè prodere. Solis enim artium ignaris hoc opus competit, qui ambitioſiùs quidem contendunt, neq; tamen improbitate ſuâ ullo modô præſtare poſſunt, ut aliorum opera, vel rectè calumnientur, vel non rectè reprehendant.* Sed damnum fecit Philoſophia, poſtquàm proſtituta eſt: poteſt autem in penetrabilibus ſuis oſtendi, ſi modò non *inſtitorem*, ſed *antiſtitem* nanciſcatur. m)

XXXIV. De *febribus malignis* teſtatur P. *à Caſtro*, n) ut verisſimè dixerit Junior *Geilfuſius*: o) in febribus malignis plures *Medicorum ignorantiâ*, quàm *fatali mortis neceſſitate* pereunt. Cum enim ſumma multorum ſcientia in eo conſiſtat, ut diſtingvant humores in *flavum, album, ſubfuſcum* &c. negligentes diverſorum ſalium ἐνεργείας, medicamenta quævis, *alcaliſata, volatilia, acida, nitroſa, teſtacea* ac *ſulfurea*, ſine diſcretione præſcribunt, & morbum reddunt deteriorem. Felix, *Febb. malignæ,*

 qui

l) L. de Arte, m) Senec. L. VII. epiſt. 53. n) de febb. puncticular. o) diſp. inaug. de Moxa 1676. Coroll. 22.

qui poterit rerum cognoſcere cauſas: & felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Prudenti ſat! Lege ſis notabilem obſervationem *Kherniȷ*, inclyti Ducatûs Styriæ Medici, de *verminculis* in ſubſtantia medullari cerebri. p) De *morbillis* laudatus *Langius*, q) adde *Cynograph. m.* r) & *alios.* ſ) De *variolis* idem eſto judicium. Rectè igitur *J. Wilb. Gotfried*, Haynâ-Miſnicus t) eas definit, quòd ſint puſtulæ ſanioſæ à *ſeminio verminoſo*, maſſæ ſangvineæ inhærente, datâ occaſione in toto corpore, vel plurimis ejus partibus, cum febri, ut plurimùm acutâ, & ſæpe epidemia ac maligna erumpentes, quæ omnia latiùs deduxit. Inſulis *Ferroenſibus* antea erant ignotæ. Cum autem anno MDCLI. adveniſſet juvenis quidam Danus, qui ex iis convaluerat, & induſium non lotum mulieri cuidam ad lotionem tradidiſſet, infecit & hanc & alios. Promiſcua exinde ſtrages omnes penè incolas proſtravit; ut non pauci inſepulti jacuerint, quod nemo, metu infectionis, ægros accedere auderet, & ea lues ad diſſitas etiam inſulas diſſeminata fuit. t) De *Lue Venerea* verè *verminoſa*, vide me infrà, & alibi. u)

Variola,

p) Dec. III. Eph. cit. ann. II. obſ. 53. q) in ſing. diſſ. 1669. r) S. IV. c. 8. §. 11. ſ) Dec. I. Eph. ann. IIX. obſ. 85. & ann. VI. obſ. 3. Rhod. C. III. obſ. 64. Borell. C. III. obſ. 55. & 72. t) diſp. inaug. de h. m. 1698. t) Vol. 1. act. Med. Hafn. obſ 49. u) Cynograph. S. IV. c. 9. faſc. I. obſ. m. 38. 39 40, 41. 42.

XXXV. De *gangrana* audire juvabit iterum *Kircherum* noſtrum, Orbis & Urbis miraculum. Mirantur, ait Medici, cur *gangrana* tam difficilem curam admittat, cujus cauſam ſi ſcirent, forſan congruis remedijs facilè tanto malo ſuccurrere poſſent. Sunt enim *vermiculi, arſenicali virtute* imbuti, qui ſub inſenſibili mole vicinas vivæ carnis partes rodere non ceſſant, & rodendo carnes in tabum malignitate ſuâ convertunt. Addit porrò ex *Auguſto Hauptmanno*, fuiſſe in *gangrana* ex *lue venerea* orta per microſcopium obſervatos *vermiculos* ferè inſenſibiles (tales in *gonorrhaa* conſpexit etiam *Grevius*,) *limacum* forma, qui intra carnes gangræna infectas, non ſecus ac *vermes* in caſeo, fodicando ſusque deque verterint omnia, & tàm velocis generationis, ut unus ejusmodi *vermiculus*, chartæ impoſitus, ſpatio, quo Pſalmus *Miſerere mei* recitari poſſit, quinquaginta in alios extra corpus rejecerit, qui uti ex ſe & ſua naturâ virulenti ſunt, ita quoque quamcunque carnis vivæ particulam contigerint, inſitâ malignitate in tabum reducunt. Cur itaque non obſtante carne viva in gangrænoſis reſciſsâ, nihilominùs malum ſerpat, cauſa eſt, quòd unicus iſtiusmodi *vermiculus* in viva carne remanens, derepente innumeros alios ſimiles generet, unde hi ſerpigine quâdam malum ſine modo propagant, unde acidisſimis acerrimisque liquoribus ad eos interimendos opus

Gangrana,

eſſe colligunt.w] Aptè igitur Apoſtolus de *Phileto* & Hymeneo, eorumque ſectatoribus: x) Ihr Wort frißt ümb ſich / ὡς γάγγραινα, wie der Krebs/ vertit *Luterus*. Verùm *gangrana* per cancrum *malè* exponitur. y)

Dyſenteria XXXVI. De *dyſenteria* alijsque morbis laudatus *Langius* in citata *Pathologia*, auro & margaritis mihi cariore. Non enim contexuit iſtam paucis (ut non nemo retur) experimentis *Kircherianis* ſubnixus, ſed multâ experientiâ & ſolida ratione, i. e. λόγῳ καὶ πείρᾳ ſuffultus. *Zapfius* aliquoties innumeros *vermiculos* albos, acaros magnitudine aquantes, cum roſtulis hamatis per microſcopium obſervavit z) Et *Dolæus* noſter, graſſante *dyſenteria* epidemia, plures notavit per vomitum rejectos *vermes*, æquè in ſenibus ac juvenibus, quorum tamen nullus ſervari potuit. a) Notatu digna, quæ D. *Paul. Brand.* Exercitûs Danorum in Scania Medicus, tàm in ſuis, quàm plurimorum militum ſcybalis purulentis & cruentis notavit, animalcula ſcilicet *angvineo flexu* gregatim perreptantia, variæ magnitudinis & formæ, inteſtina fodientia, mordentia, lancinantia, imò in ipſa præcordia ſævientia, quæ tamen *abſinthij* ſummitatibus in cerevifia cum *ſale*

w) L. IX. M. S. S. I. c. 3 p. 108. x) II. Tim. II. 17. y) Vogler. de reb. nat. & Med. in SS. p. 382. z) vid. diſſ. ej. de Morbo Hungarico, a] Dec. I. Eph. cit. ann. X. obſ. 130.

ſale ſeu *nitro* coctis, largo tepidàque hauſtu bis tervè in die datis, aliisque anthelminticis ſenſim enecuit. b] Aër, ſeu athmosphra ef-fluvijs ſæpè putridis & *verminoſis*, ſuborma rubiginis, interdum ſegetes & fructus rarios corrumpentis, arborumque foliis arefact, auri-pigmenti inſtar, adhærentis, ſcatet, variue in ſinu ſuo occulta vehit ſeminia, quæ fàlè in corp⁹ trahi queunt. Quantum inſuper exqua, æſtivo præſertim tempore, propter tun fre-quentiùs ſilentes ventos, ſtagnante ac putrcen-te, ab æſtuante Sirio, *verminoſum* ſemium excluditur. Qvæ largiter poſtea à militeau-ſta flebiles morbos facit. Symbolum ſuu ad-dunt copioſæ in caſtris circum volitante *mu-ſcæ*, majores cumprimis, jam oletis ægrum, modò alimentis, tàm crudis, quàm cocti in-ſidentes, fermentumque hoc malignum ci-bos transportantes, vel ovis ubique ſuis alien-ta conſpurcantes, quin imò eædem cibar im-merſæ aſſumtæque catharſin excitantes. dde *cerevisiam novellam*, nec debitâ fermentone à fecibus depuratam, vel vetuſtate aceſceem, ſeu ex frumento ad putredinem vergez & *curculionibus* ſcatente coctam, copioſiùse e-potam. c] De *dyſenteria* lethali ex eſu brcæ capitatæ, noxio rore infectæ, vide, *Ephe Cu-rioſ.* d) *Leuvenböeck* e] in ſemine *curcunis* irili

b] Add. C. II. obſ. Bartholin. 65. c] vid. Act af-nienſ. Vol. V. obſ. 31. d) Dec. I, ann, Ibbſ. 88. e) in arcan. Natur.

virili incomprehenſibilem numerum viventium creaturarum conſpexit, imò imaginatur ſibi, nullum exercitûs Præfectum, etiamſi duos exercitus contra ſe invicem prælia conficere videt, & licèt exercitus iſte 50000. Millia hominum complecteretur, tàm multiplicem hominum motum viſurum, quàm ille in paucisſima ſubſtantia iſta ſeminis virilis conſpicabatur animalcula ſeſe moventia, donec videndo defatigatus animalcula interficeret, cùm in magnciſto motu nonniſi capita & anteriorem corporum partem cognoſcere quiret.

Plures morbi verminoſi

XXXVII. At vix me contineo, quin rarioribus & ſelectioribus hiſtorijs in *Aſtibulſio* noſtro, Dynaſta *Ilefeldenſi*, f) & *Cynographia Curioſa* dudum enarratis g) alias recentiores ſuperaddam, ut varias ſpecies mortis, ſicque admiranda *vermium* myſteria magis magisque cognoſcas, & eò promtiùs fidem adhibeas aſſertioni noſtræ. Quod de nobis in utero *verminoſi* dixi, h) comprobant hiſtoriæ *Doleana* i) & *Schröteriana* k) Viderunt enim in fœtu mortuo latim exſpirante & ab ijs exenterato glomus *vermium*. Nobilis fæmina ſuperiori anno filiæ ſuæ vix natæ oleum amygdalarum dulcium cum tantillo ſacchari inſtillârat, & mox puella *duos vermes* evomuit, adhuc in vivis. De puero mortuo cum longiori *lumbrico*, è faucibus

Vermes in utero,

f) Dec. II. Eph. ann. VII. app. p. 111. ſeqq. g) S. II. c. 8. h) §. 31. i) L. VI. Encyclop. med. c. 10. k) Dec. III. Eph. ann. IV. obſ. 46.

cibus propendente, nato, fidem mihi fecit *Schopfius* noſter. Admiranda & rariſſima hiſtoria *Faſchiana*, quam in programmate quodam academico ſuper diſp. inaug. *J. G. Glyczii*, Zittâ-Luſati l) conſignavit. Matrona ſcilicet honeſtisſima marito ſuo ſpem fecerat prolis certisſimam, quam confirmabant mulierculæ omnes, expectantes filiolum, futurum Parentis gaudium. Verùm licet ex varijs ſignis, præcipuè niſu imminentis puerperij, ſpes fuerit facta ab aſtantibus, omniaq; parata ſteterint, nihilominus tamen ſpe ſuâ cecidêre omnes: Siquidem ad ſextũ idem permanſit ſtatus menſem. Tandẽ verò poſt uſum pharmacorum, propulſis veræ ingravidationis ſignis, excluſa ſuccedentibus diebus eſt ampliſſima fætura *lumbricorum* per ſeceſſum, partim liberorum, partim membraneis involucris ad ovi gallinacei magnitudinem incluſorum, ut juraſſet, aliquot millia rejecta fuiſſe per vices *verminoſa* ſobolis. Alia poſt fœtum vivum ſanumque adhuc rejecit *vermem* inſtar *lacerta*, m) De lapide, pugnum ferè æquante, oblongo, duro & ponderoſo, facie externâ læviſſimo, coloris cineritij cum albicantibus ſtrijs, in utraque extremitate, foramen digiti craſſitiem exhibente, per quod *lumbrici* ſeptem vel octo calamum ſcriptorium craſſi ad unius, vel duorum, digiti longitudinem vivi propendebant, arctiorique nexu internè in lapide ſeſe invicem

Puerperium verminoſum,

Lapis prægnans

l) de lumbric. Jen. 1685. m] Dec. II. Eph. curioſ. ann. IIX, obſ. 24.

vel incaula, tàm vivos quàm defunctos, parvos pariter & amplos, innumeros alere *vermes*, ſeu tamen *ovula* & ſemina eorum *animata*, in ſuis corporibus. Fides catholica mulierum in Galliis hæc eſt: *omnes pueros laborare vermibus.* b) Cùm autem nullus rejicitur, dicunt, in humores putridos fuiſſe mutatos. Haud malè. Nam uti *vermes* in phiala concluſi, & fimo calente obruti, brevî convertuntur in paſtam; ſic idem fiet in corpore noſtro. c]Ideò ſagaciores Practici in cunctis affectibus infantum (etiam adultorum) præſertim abſtruſioribus, ſedulò ad *lumbricos* attendunt, utut certa eorum indicia nondum manifeſta ſint. *Milleformia* inſectorum *ſemina* in lacte, cumprimis ſi diutiùs juſtò ſteterit, etiam in pulte, alijsque alimentis infantum, latent, quæ non tantùm in ventriculo non rectè alterantur, ſed & vitioſum ſubminiſtrant alimentum, unde ſerum redditur craſſius, quô dein diutiùs ſtagnante, & per Inſenſibilem tranſpirationem haud foràs emiſſo, neceſſariò corrumpitur, & ſic occulta antea, & oppreſſa penitus principia ſeminalia, in ſero latentia, ſui juris facta, in *viva animalcula*, tranſeunt d) Unde non nemo iſtud Propheticum

b) River. in obſ. à Pacheqv. communicat. 57. c· conf. Vogl. Phyſ. Zeitvertreib. C. II. th. 41. d) Dolæus L.VI.Encyclop. med. c. 11. p. 1020. Kirch. L. XII. M.S,S.I.c.X.f.352. & S. II. c.1. f.537. Borell. ob. microſcop. 2.

cum e) urget : Butyrum & mel (non lac) comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. At vide ſis *Martin. Schockium*, f) & *Helmont.* g) In ipſo utero genitricum, vel tamen ab ipſo ortu *vermiculamur* ſinguli h) Quot membra in nobis, tot etiam mortes, ajebat *Luterus*; i) ego autem : quot pori corporis, tot ſunt oſtiola mortis. k) *Adam* enim *putredo*, ſeu prima vermium mortisque origo, & filius *hominis*, i. e. Adami, ſeu putredinis, *vermis*. l] Ein Menſch die Made / und ein Menſchenkind der Würm/ quod in *Jobo verminoſo* m) latiùs probavimus, cui ſocium adjunxit *Poterius*. n] Quam meditationem noſtram Celeberrimus D. *Hanneman*, Profeſſor Kilonienſis, *curioſisſimam & ingenioſisſimam* dixit. o)

XXXII. Dictum iſtud *Syracidis* p) πολυθρύλλητον ita ruditer acceptum cum rei veritate rariùs convenit. Habet quidem exemplum *Salmut* q) de formoſo *Schleimizio*, quod M. *Joann. Müller* r) pro fabula reputat.

Vermes & ſerpentes cadaverum,

e) Eſa. VII. 15. f) de butyro c. 25. g) Opp. p. m. 623. h) vid. §. 37. i] in Tiſchreden c. 32. k) Drexel. Prodrom. æternitat. c. 1. §. 20. p. 32. l) Job. XXV. 6. m) Cynograph. curioſ. S. IV. c. 10. n) C II. obſ. 77. o] Dec. II. Eph. cit. ann. V. p. 191. p) X. 13. q] C. III. obſ. 80. r) diſp. ſing. an ex medulla ſpinali in homine mortuo ſerpent, naſcant, Witteb. 1674.

Vogler ſ) autem à ſingulari juvenis ſuperbia, & conſequenter Nemeſi divina derivat. Sic eidem miraculoſa ferè relatio *Henneberger*i, t) quam citat *Schottel.* u) de *ſerpentibus* ſub ægro putreſcente ac fœtente, qui Parentes ſuos verberârat, natis. Quæ de *muribus* ex cadaveribus genitis, parricidam *Popielum*, per aquam flammamque perſequentibus, narrat *Garmannus* noſter, Amicus Venerandus, vv) miraculoſa prorſus ſunt. x) Næ, ſi *ſerpentes* veri cadavera hominum ſemper depaſcerent, quotidiana paſſim proſtarent huj? rei παρά ἰγματα. y] De *vermibus* etiam notum, quòd iſti non ſemper univerſum corpus conſumant. z] Notabiles tamen hiſtoriæ à *Garmanno* notatæ. á) Si homines aliquando pariunt *ſerpentes*, quidnî è cadaveribus ij prorepant? Sic de *ſerpentibus* à peſte enectorum cadaverum vid. *M. J. C. Habns* GOttes Hand und Geiſel. b) *Sperlingius* c) putat, non in cadaveribus gigni, ſed dulci odore dulcis humanæ carnis eò allici, *Voſſius* de veritate rei dubitans, ſi verum eſt

air,

ſ) in comm. rer. nat. & Med. in SS. p. 228. t) in der Preußiſchen Land-Tafel u) de ſingular. in German. jurib. c. 3. p. 92. vv) Oolog. diſſ. 2. p. 178. x) conf. Cromer. L. II. Rer. Polon. p. 38. & L. IV. p. 380. y) conf. Rollenhagen wahrhafft Lügen c. 16. p. 231. z) Vogler l. c. a) l. c. p. 174. ſeq. Add. Fort. Licet. de lucern. antiq. L. VI. c. 21. f. 725. ſeq. b) p. 56. c) L. VI. Zool. c. 1. § 3.

ait, argumentum præbet, ſive *ira divina*, ſive irreconciliabilis *odij ſerpentini* erga genus humanum, jam ab eo tempore, quô diabolus hoc inſtrumento decepit homines. d) Veriſſimè *Lucretius*:

-- -- *obnoxia cuncta* putrori
corpora, putrores inſecta animata *ſequuntur.*

XXXIII. Scrutare porrò *abditos, malignos, exoticos, ſtupendos*, inexplicabili ferè modo cruciantes, ideoque vulgò *incurabiles* morbos, tantùm non ſingulos, à *vermibus* excluſos: expende, quot milliones hominum ipſi occiderint, Medicis ne ſuſpicantibus quidem tantum nefas, quàm multi contrà, ingratis hoſpitibus à Natura, ſeu arte expulſis, miraculosè quaſi ſervati ſunt, victasque veritati dabis manus. e) De peſte fidem nobis fecit. Ingenioſiſſimus *Kircherus, Vir errantibus Medicis Phyſicisque natus*, encomiaſte D. *Chriſtiano Langio*, in *ſcrutinio ſuo* de lue hac contagioſa, quem κατὰ πόδα. Hic ſequitur in *Pathologia animata*, f) quicquid etiam alij occlament. Annon P. *à Caſtro* in peſte Neapolitana bubones & emplaſtra ijs applicata innumeris *vermiculis* referta vidit? Cui addas velim *Julium Placentinum* apud *Kircherum*. g) Annon *Zacut Luſitanus*

Morbi abditi, ſtupendi &c.

Peſtis.

d) Vid. L. IV. de idol. c. 52. p. 1480. e) Cynogr. m. S IV. c. 8. P. II. Zeitf. erb. Luſt th. 1. Decad. I. obſ. m. 1. f) c. 63. g) de Peſte S. II. c. 4. p. 241.

ſitanus h) in ſævisſima peſte, Luſitaniam quæ perdidit, principio morbi omnibus *vermium nigrorum rotundorum* copiam per nares manâſſe obſervavit? Antequam lues peſtifera *Serveſtam* infeſtabat, febres graſſabantur malignæ, epidemiæ in junioribus cum *vermibus*, in adultis plerumque cum petechijs, & ipſo poſtmodum peſtis tempore à multis pueris *per os & inteſtina* rejiciebantur. i) De peſte ſub forma fumi cœrulei in Friſia Orientali vid. *Hanneman*; k) qui an congeries, ſeu agmen minimorum animalculorum ſecundùm *Kircherum* ſit, haud temerè aſſerit, licèt in affirmativam inclinet. De *Kirchero* autem noſtro *J. Bened. Sinibald.* in Romano Athenæo Med. Pract. Prof. Ordin. ait: eum de re *valde ardua intimèq; abſtruſa tàm doctè, baſilicè, methodicè, tamq; acroamaticè* ſcripſiſſe, ut fas ſit aſſerere, neminem adhuc, nec vetuſtioris ſeculi rei Medicæ Profeſſorem, ad *peſtis ideam proximiùs* calamo collimâſſe. In penitisſima Naturæ penetralia ſeſe inſinuans, non vulgares, & ex trivio petitas rerum cauſas, ſed *abſtruſiores, aliisq; imperſcrutabiles ac veras* ita aſſecutus eſt, ut ipſis ſenſibus nobis conſequendas offerat, dicente *Paulo Zacchia*, Aulæ PontificiæMedico. *Abſtruſisſimis* & *prorſus reconditis* animadverſionibus & experimentis condecoratum opusculum vocat *Hieron.*

Kircher. encomia,

h) L. IV. M.P.H. 46. qv. 42. i) Salmut. C. III. obſ. 54. k) Dec. III. Eph. Curioſ. ann. V. obſ. 196.

Hieron. Bardius, D. Theol. & Med. Ad rem *Cous* noſter: l) *Qui verò ea, quæ ab alijs ſunt inventa, & inboneſto verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigit, ſed à peritis inventa apud imperitos traducit, is ſanè prudentiæ exiſtimationem tueri velle non videtur, ſed potiùs naturam ſuam, aut ignorationem malitioſè prodere. Solis enim artium ignaris hoc opus competit, qui ambitioſiùs quidem contendunt, neq; tamen improbitate ſuâ ullo modô præſtare poſſunt, ut aliorum opera, vel recta calumnientur, vel non recta reprehendant.* Sed damnum fecit Philoſophia, poſtquàm proſtituta eſt: poteſt autem in penetrabilibus ſuis oſtendi, ſi modò non *inſtitorem*, ſed *antiſtitem* nanciſcatur. m)

XXXIV. De *febribus malignis* teſtatur P. *à Caſtro*, n) ut veriſſimè dixerit Junior *Geilfuſius*: o) in febribus malignis plures *Medicorum ignorantiâ*; quàm *fatali mortis neceſſitate* pereunt. Cum enim ſumma multorum ſcientia in eo conſiſtat, ut diſtingvant humores in *flavum, album*, *ſubfuſcum* &c. negligentes diverſorum ſalium ἐνεργείας, medicamenta quævis, *alcaliſata, volatilia*, *acida*, *nitroſa*, *teſtacea* ac *ſulfurea*, ſine diſcretione præſcribunt, & morbum reddunt deteriorem. Felix, *Febb. malignæ.*

 qui

l) L. de Arte, m) Senec. L. VII. epiſt. 53. n) de febb. puncticular. o) diſp. inaug. de Moxa 1676. Coroll. 22.

qui poterit rerum cognoſcere cauſas: & felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Prudenti ſat! Lege ſis notabilem obſervationem *Kher-nij*, inclyti Ducatûs Styriæ Medici, de *vermiculis* in ſubſtantia medullari cerebri. p) De *morbillis* laudatus *Langius*, q) adde *Cyno-graph. m.* r) & *alios.* ſ) De *variolis* idem e-ſto judicium. Rectè igitur *J. Wilb. Gotfried*, Haynâ-Miſnicus t) eas definit, quòd ſint puſtulæ ſanioſæ à *ſeminio verminoſo*, maſſæ ſangvineæ inhærente, datâ occaſione in toto corpore, vel plurimis ejus partibus, cum febri, utplurimùm acutâ, & ſæpe epidemia ac maligna erumpentes, quæ omnia latiùs deduxit. Inſulis *Ferröenſibus* antea erant ignotæ. Cum autem anno MDCLI. advenifſet juvenis quidam Danus, qui ex iis convaluerat, & induſium non lotum mulieri cuidam ad lotionem tradidiſſet, infecit & hanc & alios. Promiſcua exinde ſtrages omnes penè incolas proſtravit, ut non pauci inſepulti jacuerint, quod nemo, metu infectionis, ægros accedere auderet, & ea lues ad diſſitas etiam inſulas diſſeminata fuit. t) De *Lue Venerea* verè *verminoſa*, vide me infrà, & alibi. u)

Variola,

p) Dec. III. Eph. cit. ann. II. obſ. 53. q) in ſing. diſſ. 1669. r) S. IV. c. 8. §. 11. ſ) Dec. I. Eph. ann. IIX. obſ. 85. & ann. VI. obſ. 3. Rhod. C. III. obſ. 64. Borell. C. III. obſ. 55. & 72. t) diſp. inaug. de h. m. 1698. t) Vol. 1. act. Med. Hafn. obſ. 49. u) Cynograph. S. IV. c. 9. faſc. I. obſ. m. 38. 39 40, 41. 42.

XXXV. De *gangrana* audire juvabit iterum *Kircherum* noſtrum, Orbis & Urbis miraculum. Mirantur, ait Medici, cur *gangrana* tam difficilem curam admittat, cujus cauſam ſi ſcirent, forſan congruis remedijs facilè tanto malo ſuccurrere poſſent. Sunt enim *vermiculi, arſenicali virtute* imbuti, qui ſub inſenſibili mole vicinas vivæ carnis partes rodere non ceſſant, & rodendo carnes in tabum malignitate ſuâ convertunt. Addit porrò ex *Auguſto Hauptmanno*, fuiſſe in *gangrana* ex *lue venerea* orta per microſcopium obſervatos *vermiculos* ferè inſenſibiles (tales in *gonorrhaa* conſpexit etiam *Grevius*,) *limacum* forma, qui intra carnes gangræna infectas, non ſecus ac *vermes* in caſeo, fodicando ſusque deque verterint omnia, & tàm velocis generationis, ut unus ejusmodi *vermiculus*, chartæ impoſitus, ſpatio, quo Pſalmus *Miſerere mei* recitari poſſit, quinquaginta in alios extra corpus rejecerit, qui uti ex ſe & ſua naturâ virulenti ſunt, ita quoque quamcunque carnis vivæ particulam contigerint, inſitâ malignitate in tabum reducunt. Cur itaque non obſtante carne viva in gangrænoſis reſciſsâ, nihilominus malum ſerpat, cauſa eſt, quòd unicus iſtiusmodi *vermiculus* in viva carne remanens, derepente innumeros alios ſimiles generet, unde hi ſerpigine quâdam malum ſine modo propagant, unde acidisſimis acerrimisque liquoribus ad eos interimendos opus

Gangrana,

 eſſe

eſſe colligunt.w] Aptè igitur Apoſtolus de *Phileto* & Hymeneo, eorumque ſectatoribus: x) Ihr Wort frißt ůmb ſich / ὡς γάγγραινα, wie der Krebs/ vertit *Luterus*. Verùm *gangræna* per cancrum *malè* exponitur. y)

Dyſenteria XXXVI. De *dyſenteria* alijsque morbis laudatus *Langius* in citata *Pathologia*, auro & margaritis mihi cariore. Non enim contexuit iſtam paucis (ut non nemo retur) experimentis *Kircherianis* ſubnixus, ſed multâ experientiâ & ſolida ratione, i.e. λόγῳ καὶ πείρᾳ ſuffultus. *Zapfius* aliquoties innumeros *vermiculos* albos, acaros magnitudine aquantes, cum roſtulis hamatis per microſcopium obſervavit z) Et *Dolæus* noſter, graſſante *dyſenteria* epidemia, plures notavit per vomitum rejectos *vermes*, æquè in ſenibus ac juvenibus, quorum tamen nullus ſervari potuit. a) Notatu digna, quæ D. *Paul. Brand.* Exercitûs Danorum in Scania Medicus, tàm in ſuis, quàm plurimorum militum ſcybalis purulentis & cruentis notavit, animalcula ſcilicet *angvineo flexu* gregatim perreptantia, variæ magnitudinis & formæ, inteſtina fodientia, mordentia, lancinantia, imò in ipſa præcordia ſævientia, quæ tamen *abſinthij* ſummitatibus in cereviſia cum

ſale

w) L.IX.M.S.S.I.c.3 p.108. x) II.Tim.II.17. y) Vogler.de reb.nat.& Med. in SS, p. 382. z) vid. diſſ.ej.de Morbo Hungarico, a] Dec. I. Eph.cit.ann.X.obſ.130.

ſale ſeu *nitro* coctis, largo tepidàque hauſtu bis tervè in die datis, aliisque anthelminticis ſenſim enecuit. b] Aër, ſeu athmoſphæra effluvijs ſæpè putridis & *verminoſis*, ſub forma rubiginis, interdum ſegetes & fructus horarios corrumpentis, arborumque foliis arefactis, auripigmenti inſtar, adhærentis, ſcatet, variaque in ſinu ſuo occulta vehit ſeminia, quæ facilè in corp⁹ trahi queunt. Quantum inſuper ex aqua, æſtivo præſertim tempore, propter tunc frequentius ſilentes ventos, ſtagnante ac putreſcente, ab æſtuante Sirio, *verminoſum* ſeminium excluditur. Quæ largiter poſtea à milite hauſta flebiles morbos facit. Symbolum ſuum addunt copioſæ in caſtris circum volitantes *muſcæ*, majores cumprimis, jam oletis ægrorum, modò alimentis, tàm crudis, quàm coctis, inſidentes, fermentumque hoc malignum in cibos transportantes, vel ovis ubique ſuis alimenta conſpurcantes, quin imò eædem cibarijs immerſæ aſſumtæque catharſin excitantes. Adde *cereviſiam novellam*, nec debitâ fermentatione à fecibus depuratam, vel vetuſtate aceſcentem, ſeu ex frumento ad putredinem vergente & *curculionibus* ſcatente coctam, copioſiùsque epotam. c] De *dyſenteria* lethali ex eſu braſſicæ capitatæ, noxio rore infectæ, vide, *Ephem. Curioſ.* d) *Levvenhöeck* e] in ſemine *curculionis* virili

E 5

b] Add. C. II. obſ. Bartholin. 65. c] vid. Act. Hafnienſ. Vol. V. obſ. 31. d) Dec. I, ann. III. obſ. 88. e) in arcan. Natur.

virili incomprehenſibilem numerum viventium creaturarum conſpexit, imò imaginatur ſibi, nullum exercitûs Præfectum, etiamſi duos exercitus contra ſe invicem prælia conficere videret, & licèt exercitus iſte 50000. Millia hominum complecteretur, tàm multiplicem hominum motum viſurum, quàm ille in pauciſſima ſubſtantia iſta ſeminis virilis conſpicabatur animalcula ſeſe moventia, donec videndo defatigatus animalcula interficeret, cùm in magno iſto motu nonniſi capita & anteriorem corporum partem cognoſcere quiret.

Plures morbi verminoſi

XXXVII. At vix me contineo, quin rarioribus & ſelectioribus hiſtorijs in *Aſtibulſio* noſtro, Dynaſta *Ilefeldenſi*, f) & *Cynographia Curioſa* dudum enarratis g) alias recentiores ſuperaddam, ut varias ſpecies mortis, ſicque admiranda *vermium* myſteria magis magisque cognoſcas, & eò promtiùs fidem adhibeas aſſertioni noſtræ. Quod de nobis in utero *verminoſis* dixi, h) comprobant hiſtoriæ *Doleana* i) & *Schröteriana* k) Viderunt enim in fœtu mortuo ſtatim exſpirante & ab ijs exenterato glomum *vermium*. Nobilis fæmina ſuperiori anno filiæ ſuæ vix natæ oleum amygdalarum dulcium cum tantillo ſacchari inſtillârat, & mox puellula *duos vermes* evomuit, adhuc in vivis. De puero mortuo cum longiori *lumbrico*, è faucibus

Vermes in utero,

f) Dec. II. Eph. ann. VII. app. p. 111. ſeqq. g) S. IV. c. 8. h) §. 31. i) L. VI. Encyclop. med. c. 10. k) Dec. III. Eph. ann. IV. obſ. 46.

cibus propendente, nato, fidem mihi fecit *Schopfius* noſter. Admiranda & rariſſima hiſtoria *Faſchiana*, quam in programmate quodam academico ſuper diſp. inaug. *J. G. Glyizii*, Zittâ-Luſati l) conſignavit. Matrona ſcilicet honeſtisſima marito ſuo ſpem fecerat prolis certisſimam, quam confirmabant mulierculæ omnes, expectantes filiolum, futurum Parentis gaudium. Verùm licet ex varijs ſignis, præcipuè niſu imminentis puerperij, ſpes fuerit facta ab aſtantibus, omniaq; parata ſteterint, nihilominus tamen ſpe ſuâ cecidêre omnes: Siquidem ad ſextũ idem permanſit ſtatus menſem. Tandẽ verò poſt uſum pharmacorum, propulſis veræ ingravidationis ſignis, excluſa ſuccedentibus diebus eſt ampliſſima fætura *lumbricorum* per ſeceſſum, partim liberorum, partim membraneis involucris ad ovi gallinacei magnitudinem incluſorum, ut jurâſſet, aliquot millia rejecta fuiſſe per vices *verminoſa* ſobolis. Alia poſt fœtum vivum ſanumque adhuc rejecit *vermem* inſtar *lacertæ*. m) De lapide, pugnum ferè æquante, oblongo, duro & ponderoſo, facie externâ læviſſimo, coloris cineritij cum albicantibus ſtrijs, in utraque extremitate, foramen digiti craſſitiem exhibente, per quod *lumbrici* ſeptem vel octo calamum ſcriptorium craſſi ad unius, vel duorum, digiti longitudinem vivi propendebant, arctiorique nexu internè in lapide ſeſe invicem

Puerperium verminoſum.

Lapis prægnans

l) de lumbric. Jen. 1685. m] Dec. II. Eph. curioſ. ann. IIX, obſ. 24.

vicem complicantes adeò firmiter hærebant, ut nec fortiter tracti extrahi potuerint, quemque *lapidem animatum* mulier per anum excrevit, ſuperſtite ipsâ. n) De *verme* vivo alboque in duro Saxo, duarum circiter librarum pondus æquante, vid. *D. Kayſer.* Phyſicus Salfeldenſis o)

Lacryma verminoſa, XXXVIII. *D. Gabriel Lübr*, inſignis Practicus, Amicus colendus, ſcripſit mihi nuper de vetula decrepita, tota ſcorbutica, multis annis horrendâ ophtalmiâ cruciata, cum lachrymis ferè perpetuis, ſummo pruritu & notabili inflammatione, aderat ſimul aliquando ſputum *verminoſum.* Tandem notati ſunt puſilli *acori* excreti, viſum ferè effugientes. De *lachrymis verminoſis* agit etiam Collega noſter curioſus *D. Hünerwolff*, p] de ſputo autem *verminoſo* *Et ſputum,* *Andromachus* noſter. q] *Richburgis* de *veteri domo*, religioſa ſoror, de dolore lateris ſiniſtri, capitisque gravativo, cordis palpitatione, reſpiratione difficili, ructibus ventris, tumore pedum, lividis aliquando maculis, nummi magnitudine qs. pictorum, &, quod moleſtiſſimum erat, halitu ſummè fœtido diu conqueſta, multa incaſſum adhibuerat remedia. Tandem in ſputo ejus ore rejecto manifeſtè viſi ſunt *puſilli vermiculi* albi, ût in caſeo. Et hanc *Richburgim*, Comitiſſam ab *Oldenbuſen* è Marchia, [illegible] valdè

n) Dec.II.ann.V.obſ.197. o] Dec.III.ann.IV. obſ.99. p) Dec.II.ann.V.obſ.20. q) Bonet. L.II. M.S.S.III.c.3.p.320.

valdè ſcorbuticam fuiſſe, ex tota narratione patet. r) Nihil communius quàm *epilepſia verminoſa*, hæc tamen ſingularis, quâ multoties divexabatur Nobilis Auſtriacus. Cùm igitur acidulis *Hornbuſanis* in Saxonia. Aō MDCXLVI. (ubi ultra 3000. millia hominum concurrerant) uſus eſſet, animalculum *lacertæ* inſtar, in capite viridi in ventre rutilo calore tinctum, *κάτω* egeſſit, ſicque abs omni malo feliciter liberatus eſt. ſ)

XXXIX. De vermibus in *naſo* latitantibus cum nigris capitellis vide *Borell.* t) Juvenis Studioſus intolerabili pruritu naſi ſemper vexat⁹, purgato prius corpore, aquâ theriacali diligenter eum lavabat, omni moleſtiâ mox pulsâ. Non neſciebat enim, pruritum hunc certiſſimum *vermium* indicium eſſe. Puella novennis, poſtquam diu triſtis torvisque oculis incederet, ſubitò in lecto varijs modis corpus vibrabat, mox quieta jacebat, mox rurſus varijs corpus inflectebat modis. Cùm aliquantiſper hæc durarent, lectum ſtravit, ſurrexit, quicquid in hypocauſto offendebat, per feneſtram ejecit, ſubitòque per eandem in hypocauſtum deſcendens, incredibili celeritate in orbem ad quadrans horæ ſpatium ſine vertigine aut lapſu cucurrit, mox duos hircos in ſtabulo alligatos ſolvit, illis inſidens in hypocauſtum [illegible] equitavit,

Vermes in naſo,

Hiſt. memorabilis,

r) Iſiberd. in brev. rer. memorabil. num. 14. ſ] Dec. II. Eph. ann. X. obſ. 166. t] C. III. obſ. 45.

equitavit, ſicque defatigata per unam vel alteram horam quieta jacuit, redeunte paroxyſmo, uno eodemque ſervato ordine, hos actus repetijt, &, quod mirabile, ante, in & poſt paroxyſmũ convulſivum mens optimè conſtabat, omniumque recordabatur, interceptâ tamen tempore paroxyſmi voce. Vocatus in conſilium D. Jägerſchmiedt / Phyſicus *Geislingenſis*, anthelminticis & antiſpasmodicis tandem omnem tragœdiam ſuſtulit, ùt ipſe videre potes apud eum. u) Juvenis XXVIII. annorum perfectè maniacus, profaſcinato vulgò habitus, ſibi ipſi tandem omnes abſcidit capillos, & ecce in cervice magnum tumorem, ſacculi inſtar, rubicundis *vermibus* plenum. Quêis ejectis, ſenſim ad ſe redijt. vv) Sic amens iſte *Borellianus* vomitu innumerorum *muſcilionum* curabatur x) *Apoplexiam à vermibus* ortam credulis narrat *Zacut. Luſitan.* y) aſt Syncopen cum apoplexia eum confudiſſe, hiſtoriæ ipſius circumſtantiæ evincunt.

Paralyſis, XL. Puella ruſtica *Werthena* ad Viſurgim ſex annorum tota paralytica, à vetulis, barbitonſoribus, circumforaneis, Medico etiam, qui malebat videri, quam eſſe, diu, at fruſtrà curata, tandem ad me venit. Re altiùs expenſâ com-

u) Dec. III. eph. ann. III. obſ. 99. vv) Faſcic. I. obſ. m. 123. Add. Fernel. L. V. Patholog. c. 7. x) C. III. obſ. 50. Add. Moufet. de Inſect. y] L. II. Prax. adm. obſ. 42.

commodè occurrit obſervatio *Salmuthina.* z) Concludo igitur, malum hoc à vermibus eſſe. Nec me fefellit conjectura. Exhauſb enim vino è radicibus graminis, filicis, gentianæ, angelic. cichor: &c. confecto expulſi ſunt, juxta parentum calculum, LXXII. vermes, diverſi coloris, magnitudinis & figuræ. Deducta deinde in balneum, & inuncta ungvento nervino Auguſtan. â Zvvelfero reformato intra XIV. dies integram & hilarem Dei gratiâ Parentibus reddidi. A *vermibus* gingivarum eroſio, & tandem mors. a) De *ſaliva verminoſa* ſcorbutici Hamburgenſis vid. *Eph.* noſtras. b) *Salivam* contra omnem in aëre ſerpentem contagionem, ceu præſervativum optimũ, commendat *Dobrensky de nigro ponte.* c) Adde D. *Hoffmanni* diſſert. de neceſſaria *ſaliva* inſpectione ad conſervandam & reſtaurandam ſanitatem, d] De *vermibus ſalivatoriis* lege *D. Valentini.* e) De ſudore verminoſo egimus alibi, f] nec non de urina pediculari. g) De vomitu cruento à duobus *lumbricis* vid. *D. VVedel,* h] de puero, cui ex univerſo corporis ambitu innumeri *vermiculi* inſtar *pennularum anſerinarum* è cutis poris *Saliva*

z] C. I. num. 44. a) Hildan. C. I. obſ. 59. b] Dec. I, ann. X. obſ. 130. c) ead. Dec. & ann. obſ. 170. d) Halæ 1698. e) Dec. III. ann. II. obſ. 121. f) Dec. I. ann. VI. obſ. 3. g) Decad. I, obſ. m. 3. h) in amœnit. Med. p. 363.

ris ſudoris loco prodierunt, vid. *Conrad. Redeker.* i)

Odontalgia, XLI. Odontalgiam à *vermibus* plurimi notàrunt, ùt *Binniger*, k) ſed paulò curioſiùs eos examinavit *Pech'in.* l] Vetula immani tabificoque & penè corroſivo ſcorbuto afflicta in ſummo cruciatu ruinoſis dentium cavis mel linguâ inſtrebat. Mox, dolore remittente, intolerandum in linguæ ſummo ſentit pruriginem, & tentatâ manu medelâ reperit volubiles paſſim *vermiculos* numero quinque maculoſo livore in fronte ſignatos, pedatos, &, ſi articulorum excipias ſeriem, pediculis planioribus haud diſſimiles. Accuratiùs inſpecti concinniores erant, quàm quos in ovium hepate videmus, à *Fr. Red* depictos. Illi verò *vermiculi*, rogat Excell. *Pechlin.* quô ovô, ſemine, aut putredine enati? Figuratum ibi rotundulumque hæſiſſe corpus, quod *ovum* vocamus, ne quicquam credas, ſed verò ſuperſtitis eſcæ ramenta, ſemimo ante aliquo aut ovulo animata in planum tandem abſolutumque animal excreviſſe, minus etiam probabile. Num fortè ex ſcorbutico dentium tartaro, Spiritus, archei vel ideæ unde raptæ acceſſu vivaces ampullatæque *vermium* veſiculæ, tantem etiam roſtratæ pedatæque emerſerint, alii decernant. Quî autem creârunt dolorem? num ſugendo trahendoque?

i) in deſcript. font. Bilfeld. exempl. 8. p. 71. k] C. IV. obſ. 7. l) Dec. I. Eph. curioſ. ann. X. obſ. 24.

doque ? an mordendo, ſeu vellicando fibrillarum nervearum, qua exeſæ cavitatis fornici impendent, extrema, an rependo ſeu membrorum pedumque circa dentium membranulas mobili jectigatione ? qualis eſſe videtur *verniculorum*, qui puſtulis faciei occuluntur importunâ prurigine graves ? in medio dente, cariei experte, deprendit eos *Boirel.* m] Ut omnia ex ovulis, ſeu ſeminio ſuo derivavimus: ita hi ſanè alium non habuerint ortum. Moleſti autem potuerunt eſſe & ſugendo & trahendo, & mordendo & vellicando, & ſeſe jectigando. n) De aliis latum pollicem longitudine ferè æquantibus, craſſitie tenuiſſimum netricum filum vix ſuperantibus, coloris, dum vivebant, incarnati, poſt mortem verò ruffeſcentibus, inteſtinorum lumbricos referentibus, utrinque in acutum roſtrum deſinentibus, corpore ex annulis innumeris coagmentato pellucido, rubello inteſtinulo per cutim transparente, vid. D. *Schultz.* o)

XLII. Puella à *vermibus* ſubitò *cæca* & *muta*, ſolis anthelminticis ab *Hannæo* noſtro feliciter reſtituta, p) alius per XIV. dies à *vermibus* — *Mutitas & cæcitas*

F

m) Zod. Med. Gallic. ann. I. M. Jul. obſ. 1. p. 111. conf. Dec. II. Eph. noſtr. ann. V. obſ. 192. n) Add. Lang. Pathol. animat. c. 3. p. 30. o) Dec. I. ann. X. obſ. 187. Add. Dec. II. ann. VII. obſ. 174. p) Dec. II. ann. V. obſ. 170. & 27. in Schol. Foreſt. L. VI. obſ. 38. Add. Chron. Hôxar, 23. & 25. & Ebeni obſ. 41.

Catalep-ſis, *bus mutus*, poſtea iterum vocalis. q) De virgine XIII. annorum ferè *cataleptica* tribus idiomatibus peregrinis, cumprimis *gallico*, ſine hæſitatione loquente, omnibus tandem ſymptomatibus, *verme* mirandæ formæ ore excluſo, deſinentibus, vide obſ. *Scbefferi*. r) Alius apud *Inquie-tudo,* *Beniveniam* ſ) nullo modo quieſcere poterat, ſed ita ſemper hinc inde temerario quodam impetu ac inordinato motu ferebatur, ut etiam ſtare volens iterum titubaret & caderet. Omnibus fruſtrà tentatis, *vermibus* à *Benivenio* expulſis, brevi priſtinam recuperabat ſanitatem. De alio per tres menſes in lecto decumbente & contabeſcente, dejectis autem *vermibus* mox convaleſcente *Foreſtus*. t) Alius convulſionibus jamjam moribundus ſumſit mercurium dulcem ritè præparatum cum reſina jalap; & XII. *lumbricos* excrevit ac convaluit. u) Adde memorabilem hiſtoriam D. *Königs*, Medici Ba-*Incubus,* ſileenſis. vv] Mirabilis effectus ἐφιάλτης, qui eruditiorum ingenia ita torſit, ut etiam *Franciſcus Joël* x) pro dæmonis ludibrio eum habuerit, qui cauſas naturales ignoret. Verùm ſubeſt aliquando τὸ θεῖον, abjectus *vermiculus*. *Pancratius Trosler* ſumto mercurio vitæ novem

ἀνω

q) Dec. III. Eph. ann. IV. obſ. 47. r) in add. Dec. I. ann. IV. annex p. 303. ſ] c. 92. t) L. XXI. obſ. 29. u] Lövv de morb. infant. c. 59. p. 443. vv) Dec. II. ann. V. obſ. 99. Add. Blankard. C. V. obſ. 35, x) L. I, Prax. S. III. p. 191.

Digitized by Google

Digitized by Google

ἄνω καὶ κάτω magno cum cruciatu rejecit *vermes*, pancraticè poſtea vivens. Moleſtiſſimam *vertiginem* ab ijsdem dabit *Binning.* y) Servus in apoſtemate medij manûs digiti intenſiſſimos patiebatur dolores. Tandem apertô eô, prodijt *vermiculus albus* & *piloſus*, demto capite, quod nigerrimum erat, magnitudine ſimilis illis, qui in caſeo reperiuntur. Quô excretô, omnis conticuit querela. z] Sanè proboſcide ſuâ rodunt, & pedunculis ſuis quaſi totidem uncis, ſerie quadruplici, per longitudinem corporis diſpoſitis armati, magnos faciunt cruciatus. De chorea S. Viti â *vermibus* alibi egimus. a] Mulier ruſtica prægrandi *ſtrumâ* deformis è fœnili in raſtrum, dentibus ferreis munitum, prona delapſa, ſic ut collum ſtrumoſum varijs in locis perforaretur, cumque copioſâ materia purulenta multos *vermiculos* ſubruffos; piloſos, & multipedes effuderit. b] De ſtruma & abſceſſu *pediculis* plena *Foreſtus* ac *Heydius.* c)

Chorea S.Viti.

Struma.

XLIII. *Cancri* mammarum *verminantis* duo exempla mihi retulit Brunſvici *D. Laurentius Giſeler*, Phyſicus ibidem ordinarius, Amicus, dum viveret, ſincerus, præter id, quod Ephemeridibus noſtris innexum eſt. d] Contraxerat quædam ſibi *cancrum* lævæ mammillæ. Qui cùm à nullo curari poſſet, ferro apertus & ab-

Cancer.

F 2 ſciſſus;

y) C.V.obſ.33. z)Schenk.L.V.obſ.36. a] Faſcic. I.obſ.m.8. b) eod.faſcic.num.4. c) L. VIII. obſ.15. d] Dec.I.ann.I.obſ.148.

ſciſſus: Sed ecce perreptabant carnem putidam abſciſſamque *longi candidique vermiculi*, nigris in capite notati punctulis. Conjux optimi mei *Cortnummij*, Præceptoris deſideratiſſimi, pluſculos è mamma ſua eruebat. Alia Haffnienſis de ijsdem maximè conqueſta, queîsque interdum extractis pruritus pauſam fecêre. Ex nobilis cujusdam Matronæ dextra mamma perfectè cancroſa ipſa *longiores albosq;* exſculpſit. Et in ruſticæ mamma quinque reperit Chirurgus *vermiculos piloſos* ac *ſubruffos*. De mamma ulceroſa & *verminoſa* pulvure bufonis cum pauxillo arſenici curata vid. *Ettmüller*. e) Ex naſo *cancroſo* viduæ Paſt. Stettfeldenſis *J. G. Purgold*, Chirurgus Iſnacenſis, multos *vermiculos* extraxit. De *vermiculis hydropicorum* vide *Th. Bartholin.* f) Terribilis hiſtoria, quam Ephemeris Eruditorum XX. d. ☽ 17. Maj. 1666. ex literis *Autrici* habet. Juvencula ſcilicet, edito in lucem infante, cum lactaret ipſum, propter lactis abundantiam marito mammas exſugendas præbuit. Hic validis præditus pulmonibus magnâ ſugens cum violentia in bucca ſua aliquando aliud quid ſentiebat quàm lac, quod cùm aſpiceret, offendit eſſe animalculum aliquod, quod media jam ſui parte ex fœminæ mammilla, quam ſugebat, prominebat. Eô igitur manû extractô, animal illud cum *parvo ſerpente*, cujus longitudo quatuor circiter digitorum

Terribilis hiſt:

e) T. I. Opp. p. 690. B. & T. II. p. 377. f) C. I. obſ. 90.

rum erat, craſſitie; verò mediocrem referebat bombycem, convenire obſervavit. Color ipſius ſubruffus erat, & pedum ſeries infrà ventrem dupla, corpus verò ejusdem parvis quibusdam quaſi annulis à capite usque ad caudam, quam ſuccinctam habebat, & in extremitate *bifurcatam*, continuis conſtabat. In capite duo gerebat cornua bifurcata, perinde ac quædam exiguæ cancri alicujus chelæ fabricata. Ex contactu nimium quantum ſe torquebat, & licet pedibus inſtructum eſſet innumeris, non tamen ſecundum rectam, ſed ſerpentinam ambulabat lineam. Antequam animal ex mammilla egrederetur, punctiones quaſi quasdam ſenſit fœmina, quas verò nimiæ lactis abundantiæ attribuit. Mirum, quòd mater lactando infantem, nullum vitæ detrimentum ei intulerit. De lacte nutricis, (cujus facies lilia & roſas mentiebatur,) acidiuſculo, innumeris *vermiculis* ſcatente, ex quo plurima infantis mala, ſcripſit mihi nuper *D. Walter*, Amicus conjunctiſſimus.

XLIV. De *vermiculis phtiſici* vid. *Th. Bartholin.* g) De *pleuritide* lethali ob alvi fluxum & *vermis* excretionem, ac contrà, *Hôchſtetter*, h) ubi in Scholio additur: in Xenodochio Ferrarienſi obſervatum, à *vermibus* pleuritides fieri, ſiquidem ex diſſectione cadaverum, morbo iſto defunctorum, ſtomachus & inteſtina *lumbricis* ac *vermibus* tota infecta reperta fuerunt. De *animata* & *verminoſa* putredine humorum **Phtiſis, Pleuritis,**

g) C.I.h.47. h) Dec.VII.caſ.4.

humorum excrementitiorum legatur *Langius* meus. i) De *colica* à vermibus *Hildan.* k) *Eliſabetha* Winterſaat / militis cujusdam ſub Chiliarcha L.B. de *Wedel* conjux, in ipſo puerperio ſœvis & diuturnis doloribus *mammarum* lancinantibus afflicta, fotu & cataplasmate compeſcuit tormenta, emulſis poſtea cum lacte minutisſimis & candidisſimis *vermiculis*, quos ipſemet vidi. l] De *ileo* à *vermibus* lethali vide Curioſos. m) Textoris uxor ante initum conjugium *chloroſi* laborans maximè *piper* appetebat, idque ferè quotidie ad unciam unam & ultra. Marito autem juncta vidit mammam ſiniſtram monſtroſè intumeſcentem, cum magnis doloribus. Excretâ verò innumerabili *vermiculorum* viventium copiâ, tandem curabatur. n) Ineſſe autem piperi plurimos vermes, teſtantur *Acta Medica Hafnienſia*, o) & obſervationes *Lewenhöckianæ*. p) Vidit ille in *arcanis Naturæ* in aqua pluviali, cui contuſum *piper* admixtum, multa viventia, quorum corpora ſexies qvidem longiora quàm craſſa erant, poſterior corporum ſuorum pars acuminatim concurrens, & in fine horum corporum diverſa erant organa, quibus animalia iſta certo quodam loco vitro ſe affigere poterant, & hoc cum

Colica,

Mammarum dolor,

Ileos,

Chloroſis,

Piper,

i) Pathol. animat. c. 30. p. 323. k] C.I. obſ. 57. l] Faſcic. I. obſ.m. 109. m) Dec. II. ann. V. obſ. 19. & ead. Dec. ann. I. obſ. 118. & 164. n) Dec. III. ann. II. obſ. 219. o) Vol. II. obſ. 151. p) apud Blankard, C. II, obſ. 74. & 79.

cum fieret, eadem corporibus ſuis permagnum excitabant motum in aqua,ut cuncta fuſiùs videbis apud ipſum. *Gedani* obſervavi olim in mercatoris famulo inſignem *phtiriaſin* à frequentiori *piperis* eſu & uſu. q] Mulier apud Alex.Benedict. r) multa & immodica alimenta vorabat, nunquam ſatiata. Tandem, acceptâ hierâ,*vermem* rejecit XII.cubitos & plures longum, immodicâ iſtâ fame ceſſante. ſ) Puer quadriennis in agone conſtitutus, & omnibus fruſtrà tentatis, à Medico,ceu deploratus, relictus, veſiculam tandem pilæ ſimilem rejecit myriadibus *vermiculorum* plenam, ipſo feliciter reconvaleſcente. t] *Aſellos* vomitu rejectos à cachectico narrat CL.*Binninger*,u)&*Ambroſius Paræus* ſcribit, vv) *Ludovicum Duretum* poſt longum morbum excreviſſe cum urina animal, colore rubrum, cæterà *millepedi* ſimile; Filius ComitisLüxenburgi cum urina *lacertulas* ſatis magnas, x] *muſcam* dabit *Zacutus*. y) De *verme* craſſitie calami ſcriptorij, & longitudine trium digitorum, per meatum urinarium excluſo vid. D. *Albrecht*. z) Nos diximus de puerpera varijs & inſolitis ſymptomatibus excruciata,quæ tandem vel mille *erucas*, ac diverſi

Bulimos

Alia biſt:

q] conf. obſ. m. MSS. r) L. VII. c. 4. ſ] conf. Dec. II. ann. X. obſ. 119. t) Amat. Luſit. C. II. obſ. 40. u) C. IV. obſ. 3. vv) L. XIX. c. 3. x) Delrio L. III. diſquiſit. Mag. P. I. qv. 4. S. 6. p. 134. y) L. II. P. H. M. obſ. 110. Add. Blankard. C. V. obſ. 41. z) Dec. II. Eph. ann. I. obſ. 77.

verſi coloris & magnitudinis *vermiculos* evomuit. a] Aliam novi, quæ cum lochijs ritè à partu fluentibus ferè centuriam *aſellorum* vivorum excrevit, à quibus tamen nunquàm tormina ventris ſenſerat. De *ſcarabæis ſolaribus* per alvum excretis vid. *Güldenkleê*: b] de millepedibus per urinam Zodiac. Med. Gallic. c) De vomitu *millepedarum* vid. *Eph. noſtr.* d) Inſignis tumor lateris ſiniſtri, incredibili *lumbricorum* aliorumque *vermium* quantitate ἄνω rejectâ, ſtatim evanuit, ut *Rommelius* noſter, Phyſicus Ulmenſis, ſatis mirari nequiverit, ne veſtigium quidem remanſiſſe ullius inæqualitatis, ne dicam tumoris. e) De *iſchuria* cum tumore corporis *verminoſo*, vide hiſtoriam meam alibi. f] De *hydrope* ab ovo *verminoſo*: g) De *hernia* ab inteſtino à *vermibus* eroſo D. *Muralto*. h) Uxor lactans *urinæ ardorem* & dolorem horrendum in veſica ſuſtinebat, ita ut etiam ſangvinis guttæ excernerentur. Varijs adhibitis, tandem inſignis *vermis* ruber & vivus rejectus eſt, ægrâ convaleſcente. i)

Tumor lateris, *Iſchuria* *Hernia,* *Urinæ ardor*

Contractura,

XLV. Puero decenni *brachia* & *crura* ſubitò

a) Dec I. ann. V. obſ. 234. b) L. III. caſ. 10. c] ann. V. p. 91. d] Dec. II. ann. I. obſ. 98. e) Dec. III. ann II. obſ. 220. f) Dec. II. ann. X. obſ. 189. Conf. Blankard. C. I. obſ. 47. C. VII. obſ. 53. Binninger. C. III. obſ. 53. g) Dec. II. ann. VI. in app. num. 4. h) Dec. II. ann. III. obſ. 141. i) Dec, II ann I obſ. 104.

bitò inflexa, ſicque *contracta* fuerunt, ut deinceps artubus innixus humi tantùm prorepere, nec erectus ſtare potuerit. Varijs ſine effectu uſurpatis, tandem, ſubortis in pube doloribus cum mingendi conatu & ardore, multos vivos cum urina excrevit *vermes, erucis ſimiles*, albicantes, & in poſterioribus nigrâ maculâ notatos, puero ſenſim convaleſcente. k) *Arnold. Tilzing*, nauta Stralſundenſis, annorum XXXVI. homo planè quadratus, ſuperatis multis moleſtijs & cruciatibus, ſentiebat dolores acerrimè pungentes & lancinantes in ventre inferiori, quos verò vulgaribus remedijs (ad breve tempus) ſopiit. Tandem à circumforaneo, præmiſsâ potione amaricante, accipit purgans, à quo aliquoties deliquium animi paſſus. Ex pulſus deniqùe cum incredibili dolore *magnus* & ferè *rotundus vermis*, cum collo oblongiori piloſo, ac acutiori noſtro rotundo aculeatoq; capite, in quo loco oculi punctulum album, totum corpus infrà & ſuprà erat hiſpidum & piloſum, antè retroque duo pedes acuti: in cauda gerebat quinque hamos, ſeu aculeos, quorum medius longiſſimus. In corpore ſuprà & infrà duæ lineolæ longiores extabant albicantes tres, in medio autem quatuor. Figuram alibi dabimus. l] Hallucinantur ſæpiùs Medici ùt in cognoſcendis genuinis morborum fontibus ſeu cauſis: ita etiam in propinandis *Summi dolores*

k) Dec. III. ann. V. obſ. 103. l] Vid. Teutſcher Philoſophie erſtes Buch them. 177.

apto tempore Remedijs convenientibus. Sexennium fere nunc eſt, quòd graſſantibus in urbe & agro noſtro febribus malignis, etiam *J. Chriſtoph. Bachij*, Organiſtæ noſtri, familia ſatis numeroſa ijsdem corriperetur. Ad unum omes ſimul decumbebant ſeniores & juniores. Vocatus in auxilium, neceſſaria præſcripſi. Plurimi autem ex ijs de ſumma cordis anxietate, doloreque lancinante ac pungente aliquando conqueſti, confortans aliquod à me poſtulabant, cætera Domino committentes. Ego verò alia ſuſpicans, ê pharmacopolio aulico eôdem veſpere (nihil enim differre volui in craſtinum) cuilibet dedi pulv. purgantem, maximè è *Jalappa* confectum, à quo, Dei gratià, multi rejiciebantur *vermes*, magni & parvi. Et ab illa hora omnes & ſinguli in meliorem ſtatum redacti, etiamnum ſuperſtites.

Hiſt.

Hiſt. ſtupenda,

XLVI. Addo hiſtoriam ſingularem & verè ſtupendam, manu Exc. D. D. *Chriſt. Ludovici Kotzebue*, Ph.& Med. D. ac Medici Elect. Br. & Lyn. exaratam, absque induſtrio & curioſo *Eccardo* noſtro mecum communicatam. *Stoltenij*, fabri ferrarii uxor, tenerioris imbecillisque corporis habitus, macilenta cachectica, & ſummè ſcorbutica, quæ aliàs graves morbos paſſa erat, circa Pentecoſtes feſtum ægrotare cœpit. Cauſam mali conſvetæ ventriculi debilitati pravæque aſſumtorum concoctioni adſcripsêre maritus & ægra. Conſtitit inſuper, ipſam indicto Pentecoſtes feſto

extra

extra urbem *lac vaccinum recens* bibiſſe, ab „ eoque tempore minùs rectè valuiſſe. Exeun- „ te demum Majo ad eandem rogatus acceſſi, „ ipſamque ſœvis abdominis circum umbilicum „ doloribus, inteſtinorum ſpaſmis variis, & an- „ guſtiis circa præcordia laborare deprehendi. „ *Colicam*, eamque atrocem ſatis, æmulabatur „ malum, cum appetitu, uti perhibebant, ab ali- „ quo jam tempore dejecto, nauſea, ſiccitate „ lingvæ, oris amaritie, ſiti, duritie abdominis, al- „ vo adſtricta, aliisq; colicam ordinariè comitari, „ ſolitis Symptomatibus. Remedia *anticolica*, „ *carminantia & uterina*, præcipuè pilulæ pur- „ gantes ex aloës extracto, panchymag. Croll, „ reſin. ſcammon. troch. alhand. & mercurio „ dulci compoſitæ, & in officinis noſtris ſub no- „ mine *Polychreſtarum* notæ, per aliquot dies „ tam internè quam externè adhibita, nec me- „ dicantis, nec ægræ ſpem ullatenus fefellère. „ Gravia enim, quæ retuli, ſymptomata pau- „ latim remiſère, morbusque mitior redditus „ ægræ anſam dedit per ædes, quamvis haud „ absque moleſtia & ſumma cum debilitate, „ aliquatenus ambulandi, quocum appetitus „ aliquantisper redire viſus eſt. Aſt brevî re- „ cruduit morbus, mirumq; in modum ægram „ excruciavit. Multò enim atrociores ſuperi- „ oribus ſupervenère abdominis roſiones & „ dolores, anguſtiæ moleſtiæque circa præcor- „ dia vix tolerandæ, vomitus crebri & tædioſi, „ inſignis virium dejectio & marcor corporis „

du-

dudum emaciati ſub ictum ferè oculi cre- „ ſcens. Plura latentium in inteſtinis *vermium* „ ſigna deprehendens anthelmintica ſelecta, „ quantum ægræ medicamina maximè horren- „ tis faſtidium patiebatur, haud abſque ſucceſſu „ propinavi. Ejecti enim per os (quater, vel quin- „ quies ſi rectò memini,] nec non per alvum „ aliquoties *lumbrici* haud modicæ longitudi- „ nis absq; tamen ullo levamine. Per vomitum „ rejecta materia nunc limpida & ſeroſa, ſæ- „ piùs fuſca, bilioſa, aut ad nigrum tendens co- „ lorem, nunc alba & pituitoſa. Alvus nonnun- „ quàm pertinax, dura & adſtricta, internis ex- „ ternisque remedijs facilè ſollicitanda. Pau- „ lò poſt ventris profluvium diarrhœam æmu- „ lans, ſed poſt modicum temporis intervallum „ rurſus evaneſcens, multoties recurrens. Ex- „ creta nunc naturalia, nunc præternaturalia. „ Quô mitiora fuêre, quibuscum ægra colucta- „ batur, ſymptomata, eò magis ad naturalem „ ſtatum acceſsêre alvi excrementa. Auctis „ verò diris iſtis cruciatibus, varia præternatu- „ ralia, utpote pelliculæ, membranulæ, lumbri- „ ci & vermiculi ſemiputridi, & maximam par- „ tem conſumti, aliaque in conſpectum prodiê- „ re. Inter tot gravia ſymptomata parùm co- „ medit ægra, nec abundantius, quamvis maxi- „ mam ſæpius pateretur ſitim, bibit. Somnus „ parcus, brevis, interruptus, & turbulentus „ ob dolores nocte dieque ingruentes. Ab- „ domen nunc tumidum, durum & murmurans, „

nunc

nunc flaccidum, laxum, molle, ac naturaliter „ ſeſe habens. Sæpiùs in iſtâ ejus regione, „ per quam inteſtinum colon fertur, fluctuantis „ undæ gradientisque vivi animalis in modum „ repetitum deprehendere licuit motum. Eo „ durante, ſymptomata multum aucta, anxie- „ tates circa præcordia graviſſimæ, dolores „ cardialgiaci ſummi inteſtinorum permoleſti „ ſpasmi, ſudor algidus, vomitus quandoque „ ſolito vehementior, extremorum frigus, plu- „ raque mortem minari viſa ſunt. Pulſus „ nunc æqualis, magnus, vehemens, nunc inæ- „ qualis, parvus, & celerrimus, nonnunquàm in „ termittens, aliàs durus, & renitens. Urinam „ non uniformem, ſed variam reddidit, ſubru- „ bram nempe, rubram, fulvam, luteam, citri „ nam, fuſcam, pallidam & aqueam. Sedi- „ mentum quandoq; nullum ſeu parcum, quan „ doque copioſum, lateritium, farinaceum, „ pituitoſum, aut ſcorbuticorum ac nephritico- „ rum ſedimentis ſimile. Quantum ægræ me- „ dicinam feci (nam multis ante obitum hebdo „ matibus ipſam non vidi) juxta indicantia „ ſymptomata urgentia & neceſſitatis ratio- „ nem appropriata malo remedia præſcripſi, „ eaque inter Martialia, Mercurialia, carmina- „ tiva, ſtomachalia, uterina, anhelmintica a- „ mara, fixa & volatilia. Nec tamen quicquam „ potuêre efficaciſſima aliàs remedia, præcipuè „ cùm, ut dixi, ægra eadem præ cæteris ingra- „ tiora (quæ hoc in caſu ſæpiùs adhibenda fuê- „

re)

re) naturâ quam maximè horreret, eademq; „ ob naufeam obortam ſæpisſimè, quamdiu „ ipſam vidi, per vomitum rejiceret. Non „ potuit igitur, quin tot tantisque doloribus di- „ risque Symptomatibus die noctequeexhauſta „ fatiſceret, ac tandem viribus planè deſtituta „ poſtquam biduo ante obitum ignotum ſuique „ generis *animalculum*, ſeu *vermem* per alvum, excreverat, debitum naturæ perſolveret. Ha- „ noveræ d. XXII. Dec. anno 1701.

Pediculi, XLVII. Veſiculas *pediculis* fartas & ventriculo humano annexas monſtrat *Heurnius*. m) Lanarius in tumore dorſi, ſteatomatis inſtar concreto, ovi columbini magnitudine & pruritu vehementer laceſſente, quàmplurimos *pediculos albos*, parvos pariter & magnos, diu fovit. n) De monſtroſæ magnitudinis globulo *pediculorum* in ventriculo pueri, *ictero* laborantis, reperto *D. Hannæus*. o) Alius per totum dorſum enormem pruritum ſenſerat, veſtibus demum rejectis ad Vulcanum ſedet, & ecce veſiculas à calore ignis excitatas; queîs inciſis & apertis innumeri *pediculi* viſi ſunt. p) Acceſſit aliquot ab hinc annis Potentisſimi Svecorum Regis in Ducatu Bremenſi & Ferdenſi Mathematicum, CL. *J. Henr. Vogtium*, paupercula fœmina, de totius corporis intolerabili pruritu prolixius conquerens, & conſilium ejus flagi-

m) cap. 6. de capit. morb. n) Dec. II. an. IV. obſ. 13. o) Vol. III. act. Hafn. obſ. 91. p) Foreſt. L. VIII. obſ. 15. in ſchol.

pag: 94.



Digitized by Google

flagitavit. Imperat diaphoretica, aliquoties repetenda. Facit mulier, malo tamen protinus recrudeſcente. Sic ergo ſalſi acidique humores ſcorbutici ſuberunt, ait ille. Hoc audito, feriò faſſa eſt, ſe morbo *pediculari* laborare, exque cutis ſuæ poris innumeram *pediculorum* copiam catervatim quaſi profluere. Paulò poſt miſerè extinguitur. Adde ſis *Tobiæ Coberi obſervat. Caſtrenſes.* q) Linteolum aquâ, ſtagnante præſertim, lotum, adque ſolem ſiccandi causâ expoſitum, mox totum *pediculis* refertum. Nec eſt, quòd crebris induſiorum mutationibus contubernium eorum ſubterfugias. Sic enim plures attrahes quàm pelles. r) Quoties ab his turpiſſimis viliſſimisque beſtiolis compungebar, pergit, toties dentibus & animâ infrendens, omnes irarum habenas me laxâſſe, vel adhuc non ſine bile reminiſcor. Vidi apud plures ex grege milites horrendo ſanè deteſtandoque ſpectaculo eousque hanc peſtem progreſſam fuiſſe, ut cervicibus à tergo eroſis, & carne ad unum & alterum digitum non jam excoriata, ſed excavata, miſerrimè diſcerpi cum gemitu & fremitu vitam finirent. ſ) Quidam pueri Kilonienſes è morbillis eluctantes corpuſcula ulceroſa habebant, è quibus *pediculi* prorepsêre, notante *Hannemanno.* De tumore, *erucis* pleno in gibbo, vide me alibi. t]

De

q) Dec. I. obſ. 9. p. 49. r) Vid. Lanſ. orat. contra Hungar. p. m. 433. ſ) Cober l. a. t) C. III. obſ. m. 10.

De tumore *pediculis*, parvis pariter & magnis referto *D. Crüger* u) & D. *Wedel.* w) *Pediculorum* catervam ſub pericranio & inter cranij diploas monſtrat *Bonetus*. x) De ſemine & ſangvine humano in *pediculos* muſcasque converſo *Borellus*. y] De farciminibus ex humanis carnibus confectis *pediculis* ſcatentibus *Schottus*. z) Puella ruſtica contra *icterum* flavum, conſilio Matris, utebatur *pediculis* vivis, quos in capite ſuo captos, & cerâ virgineâ obvolutos ſecurè devorabat. Verùm beſtiolæ in corpore ſeſe multiplicantes perniciosam peperêre *Phtiriaſin*, à qua ægrè redimi potuit puella. Similem prorſus hiſtoriam, at morte ſubſecutâ, vid. apud *Bonetum.* a) Adde *D. Zeiſij* diſp. inaugural. de *Phtiriaſi.* b] qui non ſolùm *odioſi & importuni, atque humano generi infenſisſimi, ſed etiam horrendi & portentoſi* hujus morbi, ùt *Ranchin.* vocat, c) ſelectas hiſtorias nobis dabit. d) *Phtiriaſis* in febre puncticulari ante ſeptimum apparens, majorem partem ægrotantium miſerè tollit, ne protracto mor-

bo

u) Dec. II. ann. IV. obſ. 13. vv) L. II. amœnit. Med. S. 2. c. 7. x) L. I. Anat. Pract. S. I. obſ. 115. p. 68. y) C. III. obſ. 50. z) L. XII. Phyſ. curioſ. c. 12. p. 315. a] M. S. L. III. S. 21. c. 9. p. 680. B. & Vol. III. Act. Hafn. obſ. 91. b) Heydelb. 1678. c) de morb puer. S. 2. c. 5. d) Add. Marcell Donat. L. I. c. 5. p. 58 ſeq. Minadoum L. II. de ext. off. c 9. & Dec. III. Eph. ann. V. & VI. obſ. 173.

bo ſemper eſt ſecura, niſi coctionis ſigna appareant. In declinatione ſalubriter germinantur, conſumtis per iſta animalcula impuris ſuccorum reliquiis, quæ ad cutim à natura detruſæ erant. e) Adde Illuſtris Domini de *Francrenau*, Fautoris noſtri honoratisſimi exempla lectu dignisſima f) alterum de Conſiliario ſeniore, munditiæ ſtudioſisſimo, cui in febre Hungarica circa undecimum morbi diem, ſubitò & ex improviſo *pediculi* agminatim toto corpore oberrabant, qui tamen die decimo tertio exſpirabat: alterum de Prænobili Hollando Friſio, cui ex vola manùs, naribus, auribus, oculis, mento, barba, pectore, ano, pene &c. innumeri extrahebantur viventes & in charta ambulantes, qui verò reſtitutus fuit potu fotuque thermalium. Cæterùm anatomiam *pediculi* vide ſis apud D. de *Muralto*. g)

XLVIII. Ex tumore ſub læva papillà aperto duo minuti *ranunculi* proſilierunt. h) De ovis, imò animalculo *feliformi* & *baſiliſco* in ovis & tumore vide Curioſos noſtros. i] De corpore glanduloſo à crure Matronæ deſumto, vinoque *Ranunculi in tumore*

e) P. à Caſtro de febb. Puncticul. S. 4. §. 30. p. 94. & S. 9. §. 54. p. 26. ſeq. f) Dec. III. ann. VI. obſ. 173. g) Dec. II. ann. I. obſ. 53. h) Iſibord. in in brev. rer. memorab. num. 18. Borell. C. II. obſ. 86. Blankard C. IV. obſ. 64. i] Dec. I. ann. IIX. p. 136. Zod. Med Gallic. ann. V. obſ. ult. Blankard. C. II. obſ. 87. C. III. obſ. 90.

noque aduſto abluto, planè *verminoſo* vid. *Lewenböck*, k] qui quidem putat, muſcam ova demortuæ particulæ impoſuiſſe, cui verò Chirurgus contradixit. De *verme* grandiore ex abſceſſu puellæ vid. *Eph. noſtras*. l] Cùm nocturno tempore ſub lunæ lumine per *Brenta* ſeu *Medoaci* fluminis canalem navigio veheretur CL. *Helvvig*; m) capilli capitis *pediculis* parvis & lentibus, ſeſamini ſeminis magnitudine, copiosè opplebantur; ſed ſub ſolis orientis calore, aut fricatu lintei candidi ſtatim evaneſcebant. Puella octo annorum cœperat claudicare, tumore in ſura cum levi inflammatione prominente. Succeſsêre dolores aliquando terribiles, cum crebris convulſionibus & extrema macie. Morbus à faſcino credebatur inductus. Rupto tandem abſceſsô, multi *vermiculi* nigricantes, ſcarabæis haud diſsimiles, prorepsêre. n) Ruſtica XXIX. annorum quoties menſes inſtabant ordinariè, uteri vulvæque pruritum aliquando moleſtum tribus annis ſenſerat, cæterà ex voto ſana. Excipit tandem tributum ſuum lunare, ſpeculatura, quidnam in eo lateret, & ecce multos *oblongos* planèque *niveos* offendit *vermiculos*. o) Sic *Panarol.* narrat,

Et vermiculi,

k) in arcan. Nat. l] Dec. I. ann. IV. obſ. 189. m) obſ med. 39. cum ſcholio, n) conf. Cynogr. m. S. IV. c. 6. §. 3. Dec. I. ann. IV. obſ. 190. Hagedorn. C. III. obſ. 70. Dec. III. ann. V. & VI. in append. p. 151. o) Faſcic. I. obſ. m. 15. Conf. Dec. I, ann. X, obſ. 71.

narrat, p) fœminam quandam quolibet menſe ſine ullo labore quamplurimos *vermes*, menſium loco, excreviſſe. De *aſellis* per vulvam excluſis vide *Blankardum.* q] Ancilla ruſtica, ἀνορεξία diu afflicta, cùm incautiùs ignem tractaret, in culina, ideoque ab hera ſua caſtigaretur, ſummoperè perterrita menſes illico effudit coràm ipſa, cumque ijs *vermiculum nigricantem*, quod ex ore Honeſtisſimæ Dominæ habeo. Quantum valet terror & error! Quidam ab alio ſibi metuebat, ſine tamen juſta cauſa, quaſi ille vitæ ejus ſtrueret inſidias, cumque joco illum fodiſſet *rapâ* animam ſtatim exhalavit foſſus. r)

Menſes verminoſi, Anorexia,

XLIX. Puella Batava, ἔυσαρκα, fuſci coloris, in iram, mox in riſum, ſemper verò in fœdos laſcivosque ſermones maximè ſoluta, pudenda crebriùs fricabat, ſublatis veſtibus ultrô ſeſe proſtituens. Tandem honeſto includebatur loco, ubi bene & providè curabatur, Varijs autem fruſtrà tentatis, menſes tandem, diu ſuppresſi, operâ medicamentorum recluſi, quãplurimos ipſa *piloſos, verſicolores*, etiam *cornutos, oblongos* & *multipedes* effudit *vermes*, furore uterino ſenſim declinante. ſ) De verme ultra quadrantem ulnæ longo circa funi-

Furor uterinus

G 2 culum

p) Pent. IV. obſ. 12. conf. Dec. III. ann. VI. obſ. 208. q) C. III. obſ. 77. r) Weinrich. de monſt. c. 17. p. 161. ſ) Add. cent. poſt part. prior, obſ. van der Wiel num, 29, cum ſchol.

culum infantis umbilicalem convoluto, & minore in placenta uteri locato laudatus *Wiel*, t) qui pluſcuia collegit exempla huc facientia. De *baſilisco* ex ſangvine menſtruo *Paracelſus* u] nugatur. De cachexia ab *eruca* in ventriculo D. *Helvvig*. vv) De ſcorbutico, in quo integri quatridui ſpatio *Paulli* noſter nullum percepit pulſum, qui tamen ab illo tempore triennium adhuc ſoſpes ſuperfuit, videatur *idem*, x) Adoleſcentulus, ſuperatis variolis, ſubinde lipothymijs vexatus, cum ſumma virium proſtratione & pulſu ad biduum ferè ſufflaminato. Varia uſurpata, ſed exiguo cum ſucceſſu. Tandem popoſcit ſpiritum vini, quem cum mater dediſſet, paulò pòſt rejecit piloſum, craſſum, & nigricantem *lumbricum*, omni querimoniâ miraculi inſtar ceſſante. Confirmat hoc theſin *Bartholinianam*, y) qui ſic: Vix præſtantius quid *vino* & *Spiritu Vini* ad enecandos in corpore *vermes*. Omnes enim *vinum* averſantur & fugiunt ex antris terræ *vino* irrigatæ, experimento ſuo id illuſtrante Nobiliſſimo *Redi*. z] Nobilis puer fortè novennis jam ab aliquot diebus intolerabilem ſenſerat pruritum in utroque brachio & pede. Svaſi *lac caprillum*, cui incocta *fumaria*. Mitigatus, at non ſublatus videbatur pruritus. Addidi purgans ex mercurio

Pulſus ſufflaminatus

pruritus

t) C. II. obſ. rar. 29. p. 310. u) L. I. de nat. ret. p. 883. vv) obſ. 50. cum ſchol. x) tr. de febb. malign. §. 58. y) C. IV, obſ. 19. z) conſ. River. obſ. 3. C. III.

rio dulci, magiſt. jalap. &c. rejectique quàmplurimi *vermiculi.* Continuatô lactis caprilli uſu mox omnis ceſſavit pruritus. Quàm mala conjunctio *vermium* & ſcorbuti ! Similem ferè hiſtoriam refert D. *Joann. Franck.* Medicus Ulmenſis, Amicus noſter. a) Et *Hildanus* refert, quòd à puella, graviſſimis doloribus vexata, poſt clyſteris uſum excretus fuerit globulus *vermium* , pugni magnitudinem æquans, ultra LXX. *lumbricos* complectens, ut ſeparari vix potuerint. b)

L. Quid communis *ſcabie* ? quid verò iſta ? cutanea nempe , & quæ contactu communicari ſolet, nil ſanè aliud, quàm morſus, ſeu continua & pruriginoſa in cute à *vermiculis* inflicta eroſio. c] Hi *vermiculi* teſtudinibus aliquâ ex parte conſimiles, colore candicantes , fuſci aliquid in dorſo umbratilisque oſtentant, unà cum aliquibus radiis pilisque oblongulis ſex pedibus, adque motum agillimi, capite acuto , duobus corniculis aut antennulis in extremitate inſtructi. d) Adſpice icona eorum, & nota, cur *ſcabies* tàm contagioſa ſit, & lixivialibus lotionibus inunctionibusque ex ſale, ſulfure &c. curetur : Jucunda ſingula ſunt, curioſa, ac uberiore ſpeculatione digna in toto opuſculo. In ſcabie Venerea *vermes* limacum inſtar tantæ **Scabies,**

a) de trifol. fibrin. p. m. 49. b) C. I. obſ. 57. c) Vid. J. Coſmi Bonomi obſ. de corporis human. teredine Dec. II. Eph. ann. X. annex. d) l. c.

fœcunditatis vidit *Kircherus*, ut intra dimidiam horam ad quinquaginta alios ſibi ſimiles partus effuderint. e] Tale inſectulum *limaciforme* in gonorrhæa quoque invenit Borellus. f) Diverſa verò *vermium* genera in corpore & ſangvine noſtro generari, nemini impoſſibile videtur, ſi expendat diverſas plantas, diverſaque animalia, queîs homo veſcitur. Ex illis autem certos *vermes* generari, quotidiana docet experientia. Semen igitur illorum ſeu ἀνάλογον quid ſeminis, ſi cum dictis cibis aſſumatur, neque in inteſtinis, factâ in ventriculo fermentatione & concoctione, ſequeſtratur, per venas lacteas *Aſellij* ſangvini communicatur, & vel in ipſa ſangvinis maſſa, vel etiam per circulationem ad alias partes detruſum & ſui juris factum iterum ſe exerit, ſuaque pro natura *vermem* rurſus generat, qui varia ſymptomata & affectus producere poteſt. Eſſe autem magnum vitium *ſcabiem*, inde liquet, quod Vir, ſeu animal, in quo erat *ſcabies*, ſanioſa non poterat eſſe ſacerdos, ſeu Deo offerri in ſacrificium, g) adeoque magna afflictio, quâ Deus comminatur ſe affecturum peccatores, h) & ſpecialiter verticem mulierum, luxu diffluentium, i) Veteres malum quid alteri imprecaturi ajebant: *Occupet extremum ſcabies.* k)

Ein

e) L. XII M S. S. I. c. 10. f. 362. f) obſ. microſcop. 53. g) Levit. XXI. 20. XXII. 22. h] Devt. XXVIII. 27. i) Eſa, III. 17. k) Horat, de art, Poët.

Ein Schelm der letzte:

Ut,mala quem ſcabies , *aut* morbus regius *urget*,
Aut fanaticus *error*,*&* *iracundia* Diana,
Veſanum tetigiſſe timent fugiuntq́; Poëtam. l)

Interea *febrem ſcabiemq́;* Deas inter poſuiſſe eosdem,conſtat ex *Prudentio.* m)

Par furor illorum,quos tradit fama dicatis
Conſecrâſſe Deas *febremſcabiemq́;* ſacellis.

LI. Siſtit nobis *Poterius* n) rarum & portentoſum affectum. Erat is tumor perexiguus in genu dextro, lentis magnitudinem vix ſuperans, lividus & durus, ſine inflammatione ullave alteratione. Locum affectum nec digito, nec alio inſtrumento tangi patiebatur æger, nihil humoris intus erat. Redibant inſultus quater in die, toties etiam, quoties aliquid caſu duriter in tumorem incideret. Plurimos conſulerat Medicos, verùm hallucinati ſunt omnes. Poterius pennulâ, oleo Mercurij imbutâ,tumorem leviter tetigit, à quo dolor omnis ſublatus videbatur, hinc lætus genu unicuique tangendum permittebat. Sequenti die redijt inſultus, quare eſcharam procurabat. Quâ ſublatâ, *vermes*, veluti *pili* prodibant, qui ſcalpro attriti tantum dolorem ſuſcitabant, ut non licuerit ipſos forcipibus evellere. Quocirca volſellis tandem fortiter extraxit, ſed unicum tantùm vivum *Prodigioſus affectus,*

l) Id.l.c. m] Hamartig.verſ. 158. n) C.I. obſ. 47.

vivum *apis* inſtar, aculeo nigro armatum, cæteros laceratos & mortuos. Cùm autem præfatum *vermem* vivum in manum poſuiſſet, ipſam illicò momordit, graviſſimumque dolorem fecit. Similem caſum ſubnectit *D. Hofman*, Profeſſor Halenſis. o) Ruſticus XXII. annorum à trituratione feſſus in cauponam deſcendit, cum ſociis ſuis hilaria celebraturus. Altero die nequicquam ſurgere nititur, ob repentinam manuum pedumq; contracturam, omnis doloris expertem. Miratur ſubitaneam metamorphoſin, reus, more plebejo eſſe morbum à faſcino inductum. Ad partes vocantur vetulæ, carnifices, Judæi & hujusmodi ſterquilinia publica. Dantur varia, cuncta ſine ſucceſſu. Re tandem ad Medicum delatâ, porrexit ille pulverem ex ſpecieb. diaturbit cum rhab. mag. Jalap. & troch. alhandal. qui varios expulit *vermes*, quos inter unus craſſior, *triceps*, *quadrupes*, cum *acuta*, eaque ferè *ſtellata*, *cauda*, inque dorſo *acutiſſimis lanceis*, erinacei inſtar munitus. Adde hiſtoriam *Frbianam* p) Similem ferè mihi narravit olim Vir quidam religioſus ad fontem *S. Helenæ* in Danorum Inſula *Salandia*, quo de vide ſis *Bartholin*. q) & *ſcrutin. m. Phyſico Med.* hujus fontis medicati. r) Puella novennis, Franequeræ, ni fallor, in Weſt-Friſia, nutrice quondam mea benignisſima, de vagis

Contractura

o) in not. ad eund. p) Dec. I. Eph. Curioſ. ann. III. obſ. 63. q.] C. V. h. 15. r) edit. 1668.

vagis doloribus conquerens, præter morem ſuum cœpit hilariter garrire, ridere, ſaltare & geſticulari, ut vix minis aut verberibus loquaculam & petulantem compeſcere poſſent Parentes. Expulſis verò *lumbricis*, taciturnitatis morumque meliorum ſtudioſa fuit venuſta *Catharinula*. De arthritide *verminoſa* in manu podagrici vid. *Zvvinger*. ſ) *garrulitas*, *arthritis*,

LII. Juvenis XXVI. annorum imprimis de *frigore naſi* conqueſtus, quem proximo triduo ſideratum iri caſurumque aſſervanter jurabat, epotâ verò potione purgante, duo *lumbrici lati* excreta fuere fruſta pedes XXIV. longa, & toto iſto annô jam longiora jam breviora ab eodem hauſtu, qui quadragies propemodum datus fuit, ut ſi omnia fruſta ſollicitè numeres, *lumbricus* erit octingentorum & ultra pedum, nullo adhuc capite ſpectato t) Infans doloriferis admodum in *pedum* plantis *puſtulis* laborabat, ex his verò aciculâ apertis exierunt novem *vivi vermes*, unde factâ dolorum ceſſatione, convaluit. u) *Aſthma* in ſexagenaria, expulſo *lumbrico longo* & magno, perfectè curatum. vv) Eccleſiaſtes ex omnibus morbi ſui ſignis, exquiſito lumborum dolore, ſtupore cruris, teſticuli retractione, crebriori vomitu & nauſea, peritum Medicum tàm ſecurum reddiderat, ut ſub jactura famæ ſuæ ſponderet, *calculos renum*, *frigus naſi*, *pedum puſtulæ*, *aſthma*, *calculi*,

ſ] Dec. III. ann. II. obſ. 106. t] Vol. II. Act. Med. Hafn. obſ. 47. u) Binning. C. IV. obſ. 8. vv) Dec. III, ann. IV. ob. 19.

qui cruciarent, ſe certò & feliciter expulſurum. Tentantur igitur omnia, cuncta ſine ſucceſſu. Tandem multi cum urina per biduum rejecti ſunt *vermes* oblongi, omni ceſſante querelâ. Rarum ſanè exemplum, uti *Blaſianum* x] de puero duodecenni, qui poſtquam per ſectionem calculus ſatis inſignis ablatus erat, ſpatio ſex ſeptimarnm *lumbricos* excrevit plusquàm centum, vivos ferè omnes. Ephebus iſte Athenienſis apud *Plutarchum* y) multo cum ſemine *ſerpentulum* piloſum multipedemque ſimul ejicebat. z) De mictione ſangvinea ab *angve* per penem excreto. vid. *Nic. de Blegnij Zod. Med. Gallic.* a) Quartana à *vermibus*, b) à vomitu carnis *verminoſa* eadem ſoluta: c) virgo quartanaria à *vermibus* mortua. d) De cæteris febribus *verminoſis* videantur alij. e) Laborabat anno 1684. puer decennis aliquamdiu quartanâ ſimplici cum vomitibus bilis æruginoſæ vehementioribus, inſtante paroxyſmo. Quæ tandem ex neglecta diæta degenerabat in duplicem, & mox in triplicem, quæ etiam moram intulit toti emaciato. Aperto cadavere, nî fallor à *D. Kelnero*, Practico nunc Northuſano, XVII. longi craſſi, magnique *lumbrici*, potiſ-

Febres

x) P. V. obſ. med. 11. y) L. VIII. ſymp. qv. 9. z) conf. Blankard. C. I. obſ. 38. a) Vid ann. I. M. April. obſ. 2. p 71. ſeq. b] Faſcic. I. obſ. m. 22. c) Dec. III. ann. I. ob. 76. & 136. d) l. c. e) Dec. III. ann. I. obſ. 71. & ann. II. ejusd. Dec. obſ. 96. Bartholin. C. I. obſ. 90. &c.

potiſſimùm ex inteſtinis tenuibus prodibant, cum teſticulo dextro triplo majori altero, omni ſuſpicione veneni, quam hactenus ſibi fecerant alij, diſplosâ. Vultum hominis febre purpureâ defuncti vaſe ſtanneo obtegebant domeſtici, cui, remoto vaſe, innumeri *vermiculi* adhærebant, ante ſub forma exhalantium fuliginum prodeuntes. f)

LIII. Ruſtica tàm acerbo & immani laborabat câpitis dolore, ut domeſticorum etiam greſſus, licèt exutis calceis, ſufferre non potuerit. Videbantur enim ſibi cutelli cerebro infigi. Poſt multa fruſtra adhibita remedia tandem vermis è naribus erupit, magnâ ſubſequente ſangvinis copiâ, cum tanto Naturæ levamine, ut omninò dolor ceſsârit. g) De atrociſsimâ cephalæa à *teredinibus*, quæ per aurem dormienti viduæ irrepſerant, vid. *D. Schrôter*; h) Phyſicus Zittavienſis. De calvaria hominis *cimicum* plena ex *Mouffeto* quædam habet *Borell.* i) De carie cranij, memorabili exemplo & medica, ἐξηγήσει tractata, in quâ armato oculo innumeri *vermiculi* vivi reperti, elegantem diſputationem pro loco habuit D. *Slevogt*, Prof. Jenenſis k] *Cardialgiam verminoſam* dabunt *Vermes cephalici,* *Cardialgia,* *Bin-*

f] Dec. II. Eph. ann. V. obſ. 85. g) Dec. III. ann. II. obſ. 38. Blankard, C. III. obſ. 74. h]ead. Dec. ann. IV. obſ. 46. i) C. III. obſ. 53. k) aô: 1695.

Binninger l]& alij.m)Si morbus iſte epidemius, maximè contagioſus & funeſtus, quo de *Borell.* n)curioſè examinetur,revera *verminoſus* fuerit, imprimis cùm ſpiritus *ſalis, ſulfuris & vitrioli* omnibus reliquis medicamentis palmam præripuerint. De ſcirrhis ventriculi *verminoſis*, canibus admodum familiaribus, vide junioris *Dolæi* obſervationem. o) Ne dicam de ulceribus *pediculoſis* p) & *verminoſis*. q)

Stirrhi,

Vermes epidemiæ lues,

LIV. Crede mihi, epidemiæ lues ſunt *vermes*, qui cæcutientibus nobis, urbes exhauriunt civibus, & integras populantur regiones, uti id *D.Wilhelm Ramſaij* luculenter & fusè probavit in conſiderationibus ſuis Phyſicis de materia, origine & diverſis ſpeciebus *vermium*, affligentium corpora hominum omnium ætatum & conſtitutionum, r) cui adjungas velim *Nicol. Andrij* tr. de *la generation des des vers dans le corps de l' homme &c.* Tàm memorabile quàm admirabile eſt, quod *Geſnerus* annotavit, & ex eo *Mizaldus*, ſ] *Add. Wier.* t) *Mich. Neandr.*

l) C. V. obſ. 57 m] Dec. III. Eph.Curioſ. ann. I. obſ.7.Vol.V.Act.Hafnienſ.obſ.34.n)C.IV. obſ.41. o] Dec. III. ann.V.& VI.obſ.255. p) Borell. C. I. obſ. 20. q) Foreſt L. VII. obſ. chirurg. 10. Paræus L.XIX.c.3.Donat.L. IV. c.26. Lemn.L. II. O. N.M. c. 4. Plater. L. III. obſ. p. 831. Fallop. de tumorib.c. 4. Crato L. VII. conſ. 72. chron. m. Höxar. p. 158. r) aō: 1669. ſ) C.V.memorab.aph. I. t) L. III. de præſtig.dæm.c.15.p.340.

Neandr. u) & *Weinrich.* vv) Anno MDLI. (MDXLIX.)æſtate circa diem *Margaretha* in Hungaria propè pagum *Zichſam* juxta *Theiſſam* fluvium accidit, ut in multorum hominum corporibus *ſerpentes & lacerti* naturalibus ſimiles naſcerentur. Unde ſæviſſimi dolores ſuborti, tandem eos miſerè necârunt, ita,ut 3000. circiter hominum ſic periiſſe ajant. Quibusdam humi ad ſolem jacentibus, *ſerpentes* & *lacerti* per os aliquatenus emerſerunt, ſed mox iterum ſeſe in ventrem abdiderunt. x) De *ſerpente* monſtroſo cum *lacerto* in equo reperto vide hiſtoriam *D. Albrechts*, Phyſici Hildesheimenſis. y) Initio hyemis anno MDCLXIII. in univerſo diſtrictu dominij Veneti morbus quidam malignus & epidemius graſſabatur, quô plusquam ſexaginta millia hominum cum horrore & febri corripiebantur. Horum nonnulli citò interierunt, alij brevî evaſerunt. Sectione cadaverum inſtitutâ, mira & vix credibilis *vermium* minimorum copia viſa, cauſamque, quæ vel experientiſſimis nondum in mentem venerat, manifeſtavit. Civis quidam Auguſtanus ex illis locis redux, ſolâ purgatione plusquàm bis mille *vermiculos* excrevit. z) Contigit *Ob ſingularis*

u) P. I. Phyſ. Philoſ. p. 365. y) Dec. vv) de monſtr. c. 28. x) Add. Bonet. M. S. L. III. S.XV. c. 35. p.625. y) Dec. III. Eph. ann. III. obſ. 128. Add. Borel. C. III. in append. p. 275. z) Velſch Hecatoſt. II. obſ. 59.

git mihi, ait *P. à Caſtro* a) dirum morbi genus in Cantabria obſervâſſe, ſub epidemia conſtitutione, inqua poſt ingentem ægrotantium ſtragem, qua omnes convulſi cum frequentisſima & ferè continua cordis palpitatione moriebantur. Diſſectis quibusdam cadaveribus invenimus in ſingulis *vermem*, magnitudine ferè minimum digitum æquantem, capſulæ cordis affixum. Non valuerunt præſtantisſima alexipharmaca, non bezoar orientalis, nec theriaca, nec confectio alchermes, nec ſcorzonera aut alia, itemque nec allium, à quo tam magis quàm ab aliis omnibus angebatur & lædi videbatur. Solus ſuccus *ſcabioſæ* mox *vermem* occidit, unde hâc experientiâ obſervatâ, *ſcabioſâ* impoſterum uti juſſimus langventes, tàm in juſculis excocta, quàm in decoctis & ſirupis ex ea factis. Tandem nulla auxilia apponebantur ægrotantibus ſine hoc ſpecifico alexipharmaco & certè mirum fuit, ab eo tempore, nec ullum ægrotantium periſſe. Itaque non cordialibus hic affectus curari potuit, ſed ſucco *allij ſcabioſæ*, & aquæ *ſcabioſæ*, inqua agitatus fuit per aliquot horas mercurius crudus, item dulcis ad gr. IX. exhibitus cum bolo ex conſerva flor. *ſcabioſæ* maximè profuit.

Peſtis, LV. Sola *peſtis* ſub *Veſpaſiano* & *Commodo* 10000. quotidiè abſtulit, tot viginti horarum ſpatio *Caÿri* eſſe ſublatos, ex *Radzevilio* conſtat,

a) in Pract. M.S. & tr. de Peſte Neapolitan. Roman. p. 137. ſeqq.

conſtat. Alia anno MDXCI. 60000. hominum extinxit. Alia anno MDCLVI. *Neapoli* trecenta millia ſpatio quinque menſium, *Londinenſis* anno MDCLXVI. quâlibet primùm ſeptimanâ 12. 13. ad 1400. ſuſtulit; b) adeoque paucorum menſium ſpatio ultra 68596. periêre, exceptis ijs, qui in funerum relationes non ſunt relati, quorum haud parvus etiam numerus fuit, teſte Medico, qui interfuit, *Nathanaële Hodges.* c) Rectè igitur *Galen.* d) peſtem *feram quandam venenatam, totas civitates depopulantem,* appellat. Miror itaque, fuiſſe ante aliquot annos Belgas, qui audacter cum Turcis e) negârint, peſtem eſſem contagioſam, neminemque eâ corripi, niſi ex ſpeciali voluntate divina, quos nugatores refutat. *Samuel Mareſius.* f) Qvod verò præſtantes illi tres *Hieronymi, Capivaccius, Mercurialis, & Fabritius ab Aquapendente,* Patavini, anno MDLXXV. Venetias evocati conſultique, an, qui tùm ibi graſſabatur morbus, peſtis eſſet, inficiati ſint, & poſtea ſcripto perſvadere voluerint, ſucceſſiſſe demum aëris corruptionem, vix ſanè capio, quaſi fomes mali aliunde non poſſit inferri. g] Compertum enim tùm quoque fuit, ex ægro Tridentino cum lectis infectis irrepſiſſe ingratum

b) Blankard. C. VI. obſ. 75. c) L. de peſte iſta ſcripto, d) de theriac. ad Piſon. e) Vid. Busbeqv. epiſt. 4. f] orat. de duob. extrem. in peſt declinand. p. 4. & 21. g) Vid. C. Hofman. animadverſ. in Montan. c. 7. §. 21. p. 78.

tum hunc hoſpitem. In aperto cadaverum nonnullorum pericardio repertus eſt *vermis*, teſte *D. Paulo á Sorbait.* h) Viennenſem nuperrimè à *vermiculis* ortam notârunt Medici. i) Per multos initio morbi rejectos eſſe, ait laudatus *Sorbail.* k) De *muſcis culici formibus* ante proximam peſtem Lipſiæ & in vicino tractu Menſe Auguſto ad ſtuporem usque viſis, vide *Menzelium* noſtrum. l] De puero, *verme* aculeato ejecto, deque aliis expulſis *lumbricis*, reviviſcentibus, *D. Mack*, Phyſicus Schnebergenſis, notabiles conſcripſit hiſtorias m) *Vermis* bicaudatus, cum capite *feli formi*, atrocisſimorum cruciatuum faber. n) Quadratos exhibet Schröckius noſter. o) *O utinam nos Medici* (eſt juſtus queſtus *D. Dobrzenskij de nigro Ponte*, Prof. Pragenſis, p] *ſæpiùs naturam attentiùs obſervaremus, & viam. quam ipſa nobis monſtrare ſolet, ſequeremur, & non illam ſub noſtram phantaſiam trahendo cogeremus, multoties certè feliciores curas faceremus.*

Obſ. Hannemann. LVI. Terribilis hiſtoria *Hannemanni* noſtri q) de opilinione *Johanne Tymanno*, qui decennium & ultrà mutatione aëris, &quidem adverſâ

h) in Colloqv. ſuo de Peſte Viennenſi B.7. i) Vol V. Act, Hafn. obſ. 21. k) l. c. l] Dec. II. Eph. ann. I. obſ. 30. Add. Leipziger Peſt-Schade 1681. §. 25. m) Dec. II, ann. X. obſ. 103 n) Dec. III. ann. III. obſ. 177. o) Dec. II. an. VII. obſ. 256. p) Dec. I. ann. X. obſ. 170. p. 377. q) Vol. III. Act. Hafnienſ. obſ. 11.

verſâ turbidàque imminente, ac inſtante tempeſtate, tantos ſuſtinebat cruciatus, ut vix dici poſſit. Et ecce deinde maxima *vermium* copiâ ipſo vel in ſtrato decumbente vel ſedente, ſeu ambulante, vel aliud quid agente, ordinâriâ viâ, non admixtis alijs excrementis, è corpore ejus prodijt. Et hi vermes admodùm *parvi*, toti *albi* erant, magnitudine aciculam æquantes, ultrò exitum quærentes. Poſtea, ſumtâ catarſi quâdam *vermes rubro nigroque capite*, majores tamen, quàm jam dicti, unà cum urina exierunt. Hos ſucceſſu temporis ſecuti omnium maximi, inſtar *magnæ & oblongæ ſcuticæ*, qui catervatim numero XIV. XV. & plures intricati & qs. concatenati uſu pulveris cathartici, interdum etiam allii & lactis equini, magis vi quàm arte ejecti. Juveni XXII. annorum à ſeptennio familiaris erat excretio per alvum inſignis copiæ *lumbricorum* alborum vivorum, longitudine medietatis minimi digiti, non modò quoties excrementa deponebat, ſed & quavis diei horâ imò injusſi prodibant, quorum egreſſum haud aliter animadvertebat quàm ex perceptione frigoris circa femora, interim ὀρθοςάδιος erat nihil moleſtiæ patiens, præter levem cardialgiam, ſi jentaculi hora dutiùs protraheretur. r) Addatur elegans obſervatio *Wepferi* de tumore ventriculi *verminoſo* cùm folliculo. ſ) in cane, cui tamen vermes nullas mo-

r) Zod. Med. Gallic. ann. II. obſ. 20. ſ) Dec. II. ann. VII. obſ. 16.

moleſtias intulerant, quod ex ſola ejus obeſitate probat. Notabile autem, Celeberimum *Kerkringium* inteſtina canis, à duodeno usque ad rectum, ita *vermibus* vidiſſe oppleta, ut excrementis nullus ſupereſſet locus. t) De *verminatione* continua, ab ipſa infantia in ſenectutem usque durante ſine ſanitatis incommodo, vid *Eph. noſtr.* u)

crinones & cirones LVII. Affectibus hisce *verminoſis* meritò adjungimus *comedones* ſeu *crinones*, & *ſirones* vel *cirones*. *Comedones* dicuntur, quòd infantibus alimenta ſurripiant & ſimul comedant. Unde Germani vocant Miteſſer / & ab adjuncta tabe die Zehr-Würme: *Crinones* quòd crinium, ſeu pilorum curtorum nigrorum forma foràs interdum per poros prominere ſoleant. Hi an revera *vermiculi* ſint, ſeu potius excrementa viſcoſa, in cutis poris condenſata, dubium erat apud antiquiores. Poſteriùs defendunt Doctisſimi Viri *Mœbius* w) *J. Theod. Schenck.* x) *Frid. Hoffmann.* y) *Jac. Wolff.* z) *Wedelius* a) & alij. *Petro Ebelingo* b) viſcoſior lympha ſunt ſub dorſi cute latens. Verùm animalcula viva ſunt, coloris ſubcinericei, & plùs minus nigricantis, cornubus, ſeu potiùs an-

t) Bonet. M. S. L. III. S. XIII. c. 19. u] Dec. I. ann. VIII. obſ. 13. vv) L. II. Inſt. Med. P. II. c. 14. p.m. 138 x) Exercit. anatom. L. I. S. II. c. 3. p. 213. y) L. I. M. M. c. 19. p. 344. z] diſs. de Obeſitate c. 5. p. 58. a) Pathol. Med. Dogmat. S. II. c. 5. p. 238. b) diſs. de nutritione & atrophia c. 7. & 16.

antennis binis longè prominentibus inſtructa, oculis rotundis grandiuſculis, cum cauda oblonga in fine villoſa, aſpectu ſatis horrido, ùt icones eorum ex *Actis Eruditorum Lipſienſibus* c) *Ettmüller*. depinxit d) Incolunt potiſſimùm crura, brachia, imprimis dorſum & ſcapulas infantum puerorumque, dequibus prolixiùs vid. *Velſchium*. e) Cauſa eſt ſuppreſſa inſenſibilis tranſpiratio. Unde oppreſſa penitus ſemina, quæ in minima atomo inſenſibili latere poſſunt, ſui juris facta, deſtinationes naturales exeqvuntur,& in viva animalcula,quâ data porta, proruunt. De *comedonibus* vaccarum vid. *D. Valentini*. f) Inſignis hiſtoria *Marcelli Donati* g) de Illuſtrisſimo obeſo, in cujus cute exeſa *vermiculi* plurimi fuêre, qui tandem necabant Heroëm. De *animalculo octipede* in cute humana nato vid. *Blankard*. h) De alio ex ſpina dorſi prolabente vivo, capite *nigricante*, colore cineritio *D. Pilas*. i) Recole, quid de milleformibus *inſectulorum* ac *vermiculorum* ſeminibus, ſeu ovulis, in lacte, pulte, alijsque alimentis ſuprâ k] diximus. Diverſi autem prorſus ſunt *crinones* à *ſironibus*, vel *cironibus*, quos Riedlieſen vocamus, *vermiculis* nempe iſtis minutisſimis & quaſi pedicu- *cirones*,

c) anno 1682. p. 316. d] in Valetudinar. infant. c. 2. §. 33. e) in exercit. de vermicul. capillar. infant. Add. Bonomi obſ. circa corp. hum. teredin. f) Dec. III. Eph. ann. II. obſ. 120. g) L. I. H. M. c. 5. p. 59. h) C. IV. obſ. 91. i) Dec. I. ann. II. obſ. 109. k) §. 31.

cularibus in puſtulis ſeroſis prurientibus ſub cuticula, manuum inprimis pedumque, deliteſcentibus. Faciem eorum vide apud *Ettmüllerum*. l) Aliam tamen monſtrat *Hauptmann*. m] Vidit enim hic eos cum multis oblongis, hamatis & aculeatis poſt tergum caudis, prolixo acutoque perterebrante roſtello, ut meritò ſtupeas gravisſima ſymptomata, imò ipſam mortem, ab hoc animalculo inducta. n) Colore ſunt albicandes, pedes, quorum ſex propiùs intuenti nigricare videntur, queîs vel talparum more, cuniculos ſub cuticula agunt, & non rarò oblongos ſulcos trahunt, maximarum moleſtiarum genitores. o) Toti piloſi apparent microſcopio inſpecti, & prorſus urſis ſimiles, p] vel hiſtrici. q] Interim omnia organa, pedes, oculos, nervos &c. in puſillo hoc animalculo vidit *Borellus*. r) Fœmina corpulenta per totum aqualiculum conſectariaque ejus miſerrimè ijs obſeſſa, & ad ſummam impatientiam usque vexata erat. Tandem affinem ſuam adhibuit, quæ totos aliquot dies æſtivos in effodiendis ijs conſumſit. Jurabat, ſe ultrà 4000. exemiſſe, & cùm glomeramen cannabis granum aquans collegiſſet, in cochleari ferreo cum ſtridore com-

l) l.c. m) in epiſt. ad Kircher. therm. Wolkenſtein. annex. p. m. 200. n) Hildan. C. I. obſ. 96. o) Vid. Mouſet. Th. Inſect. L. II. c. 24. p) Kirch. de Peſte S. I. c. 7. exp. 4. q) Borell. obſ. microſcop. 21. r) l.c.

combuſiſſe. ſ] Addo diſcurſum Ingenioſiſſimi *Gaſſendi*. t] Agnoſces *atomorum* exilitatem po-,, tiſſimùm, ſi animalculum *acari*, quòd habetur,, propunctulo, quo par eſt modo, contemplere.,, Primum quippe illius corpus, ùt animans de-,, cet, organicum eſt, & engyſcopio detegimus ,, eſſe in illo non modò os , ſive roſtrulum ,, cum proboſcidula, quâ perforet cutem, exſu-,, gatque ſangvinem : ſed ad poſticam etiam ar-,, cuatamque partem podiculum, quo contigit,, nobis, dum animalculum ad ſolem incedens,, atque ad partem ſupinam ſpectaremus, vide-,, re egeri fæculam, quæ colore ac mole talis ,, tantaque engyſcopio viſa fuerit, qualis quan-,, tusque nudo viſui eſt pulex. Detegimus & ,, præter varias ſuper ſubterq; aſperitates cutis,,, duo antrorſum cornicula ramoſa, & pedes ,, ſenos, qui à parte prona penè media ac ferè,, ut in cancris hinc inde ad latera duo anterius,, quatuor poſterius cooriuntur : ipſis quaſi fœ-,, moribus exſiſtentibus brevioribus, rubidiori-,, bus, craſſiusculis ; ipſis verò quaſi cruribus ,, longioribus, candidioribus, & tenuiſſimis qua-,, ſi pilis. Attende deinde nòn modò, quot partes,, cõtexendæ cuti, quâ omniaexteri⁹ veſtiuntur,,, ſint neceſſariæ; verùm etiam quam eſſe debeat,, partium ſub ipſa concluſarum innumerabilis ,, multitudo. Nimirum adeſſe oportet, quæ nu-,, tri-

ſ) Dec. I. Eph. ann. X. obſ. 39. t] Phyſ. S. I. L. III. c. 6. p. 269. a. Conf. Baſſon. Phil. nat. L. I. artic. 6. p. 13.

tritioni,cæteriſq; functionibus ſint deſtinatæ. „ Stomachum oportet, atque inteſtina, oportet jecur,cor,cerebrum,aut ipſis certè analoga,ut cum Ariſtotele dicam;oportet venulas, „ quibus alimentum in totum corpus transfundatur: oportet arteriolas, quibus vitalis ſpiritus; oportet nervulos, quibus animalis; oportet muſculos, ac in ipſis fibrulas atque tendines; oportet, uno verbo, innumera alia, citra quorum ſubſidium intelligere animal, nutriri, ſentire, moveri non licet. Cogita verò demum,ex quot particulis,particululisque „ ſingulas has partes contexi oporteat; ac tum, „ opinor,mirabere,quam oporteat eſſe ſubtilem, induſtriamque Naturæ manum, quæ ad com „ pingendum animalculum tantulum tam innumerabilem partium multitudinem diſtinxerit, ſecreverit, uſurpârit, coadunarit, ac non „ inconfusè modò, ſed etiam concinnè diſpoſuerit. Hûc refero *panaritium*; verus ſiquidem *vermiculus* eſt,u) quod contrà *Senertum*,„ vv) notes velim.

morbus univerſaliter verminoſus,

LVIII. Quid dicam de *morbo univerſaliter verminoſo*, qui indigenas pariter & advenas ſine diſcrimine corripit, cùm *Minam*, Luſitanorum urbem,in medio regionis Gvineæ præterna-

u) vid. Agric. Chirurg. parv. tr. 5. p. 484. ſeq. Blankard. C.. IV. obſ. 92.vv] vv) L. V. Prax. P. I. c. 14. p.m. 78.

navigant? x) fortè ibi copioſiſſimi in aëre circumvolitant *vermiculi*, nati ex vitio aquæ, ſcribente Autore *Hiſt. Indic. Orient.* y) & *Sperlingio*, z) ùt iſti apud *Blankardum*, a) qui ad ducenta milliaria divagantes venenum ſuum latisſimè diffuderunt. Non ſemper enim miniſterio cibi potîsque, per aëra quoque ad corpus noſtrum ſemina *verminoſa* deferuntur, ut cauſam eſſe indicem, cur morbus interdum fiat epidemius,pluresque ſimul invadat,ut *Saraguſæ*,referente *Foreſto.* b) Omnes enim ex eo correpti ſaturari non poterant, & cum infiniti morerentur, Medicus quidem ſagax omni mane propinavit *bolum armen.*cum *theriaca*,quibus innumeros & in orbem coactos dejecerunt *vermes*.ac præter opinionem quàmplurimi reſtituti ſunt. Sic in monte *Cybeles* propè Neapolin cœnobium eſt, ad quod per integrum milliare nemo ova,ſeu lacticinia,vel carnes, ſeu elixas,aut aſſatas,vel fumo induratas, ſine inſigni & ſubitanea *verminatione* ferre poteſt. c) Dantur *ova* per aërem volitantia. Sunt enim inſecta,inprimis tenella,& modò excluſa, tàm exigua,ut non incurrant in ſenſus, niſi oculus

 micro-

x] vid. Hulſ L. VIII. navigat. Holland. c. 48. Nieremberg.L.XII.H. N.c. 34. Horn. L. II. H.N.c.18.p.132.Zac. Luſit. L. III. obſ. 94. Sachſ. Ocean.Macr. Microſm. §. 149. y) P. VI.c.48. z) Zool.L.ult.c.8. a) C.I. obſ. 6. b) L.XXI.obſ.28 in Schol. c) Dither.in addit. Pract.theſ.Beſold.p.m.252.B.

microſcopio muniatur. Hæc ova ingrediuntur cum aëre poros carnis, lacticiniorum potiùs & ſimilium alimentorum, & cum ipſo aëre inſpirantur ſangvinique communicantur; vel in pulmonibus hærent, ſeu varias corporis partes propelluntur, atque in ijs, accedente majori calore, animalcula ex ijsdem excluduntur. d] *Ovula* autem iſta in ſtomachum recepta, ad ipſam carnem tandem progredi poſſe, *per dices* arenoſæ *Scaligeri* probant. e)

Vermes Indici, Africani &c.

LIX. De his Indicis Orientalibus, Africanis & Americanis *vermibus* prolixiùs *Franciſcus Rauchin*, f] ita non ſolum in India Orientali, potiſſimùm Inſula *Ormus* dicta, & in occidentali, ſeu *America*, ſed & in *Nigritarum* regione circa caſtellum de *Mena* popularis morbus vagatur, qui incolas & extraneos mirum in modum excruciat: vermes ſanè aliàs breviores, aliàs perlongi, qui in pedibus, tibijs, cruribus, manibus, brachijs & alijs muſcoloſis partibus generantur, ibidemque acerbiſſimos dolores inferunt. Qui tentantur, nec ſedere, nec decumbere audent: quidam in furorem aguntur, alij quaſi exanimes jacent; tales *vermes* aliquando ingens frigus cum horrore comitatur, aliàs calor cum æſtu, quibusdam ſeſe per exiguam puſtulam oſtendunt, alijs per punctiuras rubentes, veſtigia pulicum æmulantes, in nonnullis cum tre-

d) Vid. Cranij diſſ. phyſ. med. de homin. c. 10. p. 83. e] Comm. in L. I. de plant. p. 81. f] de morb. puer. S. II. c. 6. p. 345. ſeqq.

tremore apparent, ita, ut ſub cute latentes & progredientes cernere poſsis: in alijs per abſceſſus & ulcera erumpunt, aliquando verò latitant in partibus occultis. Horrendum ſanè malum, & morborum omnium maximè deteſtandum. Americani vermes illos *Thom* appellant, referente *Theveto.* g) *D. Joh. Jacob Wepfer*, Diverſorum Principum Archiater Medicus Scaphuſanus, Collega & Amicus Curioſus, h) vidit dracunculos hoſce *Gvineenſes* in Chirurgo recenter ex India Orientali reduce. Alter erat in tibiæ ſiniſtræ parte externa juxta poplitem, alter ſub maleolo externo in pede dextro: in utroque loco *vermis* cutim perforârat, ac pertenuis fidis inſtar propendebat, portio illorum uncias circiter duas longa. Utrumque blandisſimè tractabat; nam cum non ita pridem tardioris emerſionis pertæſus in crure dextro fruſtulum violenter attraxiſſet, & avulſiſſet à reliquo vermis corpore; ſævisſimos dolores peperit ſuperſtes portio, ut quatuor ſeptimanis ipſi decumbendum fuerit cum vigilijs continuis & ſiti intenſisſima, quam non niſi aquâ fontanâ compeſcere licuit. Erat autem fruſtulum iſtud extractum ſiccatum duas ſpithamas longum, figurâ & colore ſimili fidi

H 5 tenuiori

g) L.II.Hiſt. American. Conf. Schenck. L. V. obſ. 184. & Dec.I.Eph ann.V.obſ. 174.& in append. ad Dec.III.ann.III.p.108. Olear.L. II.Itin.Perſ.c.5.Mandelslo Itin.Ind.L.I.c.6.
h) Dec.II.ann.X.obſ.171.p.316.ſeqq.

tenuiori chelis, ſed admodum fragile. Retulit, ſæpisſimè per aliquot menſes, imò annos, ſub cute deliteſcere ſine magna moleſtia, & ſolummodò ſenſum reptantis animalis ſub illa detenti ſe prodere, dolorem nullum excitare vel exiguum, niſi motu vel attactu fortiore, aut percuſſione irritetur: tunc enim crudelisſimos cruciatus, arthriticos ſuperantes, efficere: addidit, ſi diu delituerint, ſponte ferè exitum ipſos moliri, quandoque prægreſsâ inflammatione dolorificâ, in cujus medio veſicula oboriatur, quâ ruptâ, ſenſim ac ſenſim emergant, donec totus quilibet elabatur, protuberantes ſtatim emori, & ſenſim exſiccari, portione ſub cute ſuperſtite vivâ manente, unde ſævi dolores protinus excitentur, ſi tactu irritentur. Exitum promovit veſiculæ maturantibus impoſitis. Rarisſimè ſub cute emori obſervârat, fruſtraneis quoque inunctionibus mercurialibus. Aliquot ſectis cadaveribus *vermes* iſtos aliquot vicibus tendines & neros circumdare, obtinuit quosdam ulnas duas longos fuiſſe. Extra controverſiam eſt, *vermium* ovula prius maſſæ ſangvineæ permiſta fuiſſe, quia non niſi per vaſa ſangvifera ad partes tendinoſas & nerveas ſub cute deportari poterant. De inſecto, hominibus jumentisque lethifero in Diœceſi *Czerkienſi*, accuratè deſcripto & depicto, vide Anonymum Curioſum. i) Examina *vermes* epidemios *Hannæi* noſtri,

i) Dec. I. ann. X. obſ. 184. Dec. II. ann. IV. obſ. 40.

noſtri, k) ſeu hiſtorias *Schenckianas*, aliasvé, k) & ubique palpabis τὸ Θεῖον iſtud Hippocratis. Si enim juxta *Sebizium* l) & *Jordanum* m) per id intelligimus abſtruſum & inſolens, quod nec ſenſibus, nec ratione facilè perveſtigare poteſt, ſive lateat in effectu, ſive in cauſis, profectò *vermiculi* id erunt, queîs nihil abſtruſius vel inſolentius unquàm. Sæpenumero, ait *Phil. Marci*, n) in morbis intricatiſſimis τὸ Θεῖον hariolamur; at ſi rem apertioribus oculis penſitamus, *vermes* ſunt & *lumbrici*. Adeò peritiſſimos etiam deludere novit fœdum hoc atque ignobile animalium genus. Θεῖον

LX. Næ, ſtupes aliquando, ò cuſtos ſalutis, rariores & abſtruſiores, qui occurrunt, affectus, hariolaris varia, tentas etiam, quæ potes, omnia, verùm ſine lucro ſanitatis. Dic mihi, unde iſtæ lachrymæ? ſcilicet quòd hoſtem in corpore pabulantem vel non ſentias, ſeu ſpretum negligentiâ tuâ fortiorem facias. Omnes ſiquidem morbi, tâm *externi*, quàm *interni*, *vermibus* obnoxij ſunt. o) At rectè nos *Seneca* p) pueris ſimillimos dixit, quibus omne ludicrum in pretio eſt. Habet *Pathologia animata* ut amicos; ſic inimicos ſuos. Illos inter ego me *Patholog. animata*,

k) Dec. II. ann. V. obſ. 169. k) L. V. obſ. 179. usque ad 189. l) diſſ. περὶ τοῦ Θείου, m) L. de eo, quod eſt divinum, n) apud Bonet. M. S. L. III. S. XVI. c. 4. p. 627. o) Kircher M. S. L. XII. S. 2. c. 7. p. 370. p) epiſt. 95.

me hactenus profeſſus ſum, mentem vix maturus unquàm. Non ſpargit hæreſes, aut τὰ παράδοξα, ὀρθοδοξίας amantiſſima. Nec titubat labiturvè, ratione & experientiâ ſuffulta, queîs ſine fari neſcit. Manuducit fumi fucique neſcia, veri cupidos ad Naturæ & Sapientiæ ſcrinia, omnes ejus divitias pretioſiores pandens. Ipſa habet vitæ mortisque claves. Tota formoſa eſt & ſine labe. Nævum, ſi malevolus aſpergat, ociùs induſtriâ & dexteritate ſuâ abſtergit, ἀχαριςίαν mortalium bene merendo compenſans. Apex doctrinæ illius γνῶθι σεαυτὸν, initium ſapientiæ ejusque complementum. Quoties magnalia ejus ſobriè ruſpamur, toties divina nos tractâſſe meritò gloriamur. D. *Ammann*, Profeſſor Lipſienſis, in poſitionibus ſuis Medicis de *Rabie*, quas pro loco ibidem defendit q) ita: nihil novi, aut paradoxi in ſe complectitur *putredo animata*, modò non excedat limites. Quemadmodum enim imprudenter illi agunt, qui omnes *promiſcuè* morbos à *verminatione* dependere putant, mortemque ipſam ſemper *beſtiolam* aliquam eſſe autumant: ſic etiam hi parùm laudis merentur, qui negant, quod ſenſibus quotidie ſubjacet. Nos omnes morbos ab *excellenti putredine* orientes pro *animatis* habemus, mortemque naruralem (*plerumq;*) pro ſubſtantia *verminoſa*,

LXI.

q) 1662. §. 31.

Judicia Dei per vermes.

LXI. Grandem denique meretur aſteriſcum, quòd juſta Dei *judicia* & gtaviſſima ejus *ſupplicia* potisſimùm per *vermes* exercita ſint. *Herodes* Aſcalonita, perſecutor Eccleſiæ, γενόμενος σκωληκόβρωτος, r) uti *Antiochus*, tyrannus, ſ) detruſi in puteum corruptionis, t) quod de pluribus alibi diximus, u] queîs adde *Pheretrimam*, Barcæorum Reginam, crudelitate fœminam, vv) & *Philippum* II. Hiſpan. Regem. x) Ideo *Baudius* ob crudeliter habitos Belgas, morbum hunc ei divinitus immiſſum quaſi exprobrat in carminibus ſuis. Juſtisſimus Zebaoth *Judæ* & *Iſraëli* excidium denunciaturus inquit: y) ero Ephraimo quaſi *tinea* & domui Judæ quaſi putredo Jch bin Ephraim eine Motte/ und dem Hauß Juda eine Made. Tinea occulta & ſingularis Dei vindicta, quàm de his, qui externâ facie ſplendent, Deus ſumere ſolet, dum eos paulatim enervat, & comminuit virtutem eorum, inque pulverem redigit, omni ſplendore obfuſcato, non ſecus ac *tinea* ligna, magna licèt & ſolida, veſtimenta & codices, paulatim corrodit, quæ tandem levisſimo ictu con-

r) Act.XII. 23. ſ) II.Macc.IX. 9. t) Pſ.LV.24. u) Cynograph. S.IV.c.7.§.1. vv) Herodot.in Melpomen. x) Horn.diſſ.hiſt. polit. XXX. §. 21.p.m 300. Meteran.L.XIX.Hiſt. Belg. p. 1185. Piaſec.in chronic.p. 163. Fam. Strada L.VII.Hiſt.Belg.p.331. Ravanel. T.I.Bibliothec.Sacr.p.1408. y) Hoſ.V. 12.

confringuntur, inque vagos pulveres abeunt. Figuram hujus cariei vid. apud *Bonomium*. z) Ita Ephraim & Juda paulatim amiſerant vires, & nihil roboris, præter externam quandam & inanem ſpeciem retinebant. Vidit enim Ephraim a) *langvorem*, & Judas *vinculum* ſuum. Uterque captivus & poſt terga revinctis manibus abactus eſt ab hoſte. Ich bin Ephraim wie ein Leu / und dem Hauß Juda wie ein junger Leu. b) Ita quod calamitates cladesque hoſtibus illatas attinet, dicitur de Davide, c) eum velut teneriimum ligni *vermiculum* octingentos uno impetu interfeciſſe. Nam, cùm paulatim & occultis vijs hoſtes ſuos debilitâſſet, facilè eorum potentiam, ſi qua videbatur, velut lignum carioſum & putre uno impetu confregit. Si in libros tyrannidem ſuam exercent tineæ, illæ utique in ligno ſeminijs vitiato, vel ex pellibus, queîs compinguntur libri, oriuntur, hinc differentes earum ſpecies pro diverſitate materiæ reperiuntur. Illæ, quæ in ligno naſcunrur, utique ex aliorum *vermium* ſeminio quo viride adhuc lignum ſcatebat, altius inſinuato prodeunt. Cùm enim nullum lignum ita exſiccari queat, quin ſemper humidum aliquod remaneat, unà cum priſtino animalium ſemine, hinc fit, ut calore, vel intrinſeco, vel ambiente ſemen excitatum hoſce *vermiculos*, librorum corro-

z) l. c. Add. Kircher. de Peſte S.I. c.7.§.2. experim.4.p.73. a) verſ.13, b) verſ. 14. c) II. Reg. XXII. 8.

corroſores, producat. Si verò in laneis veſtimentis, ex vario *vermium* ſeminio in lana exiſtente naſcuntur; in alvearibus quoque nor ſine apum nocumento, reperiuntur, ex papilionum quorundam excrementis animatis ortæ. d) *Bonomus* e) à ſcarabæis cornutis derivat. Cùm enim à ſcarabæo maſculo fœmellæ ova fœcundata fuère, hæc ipſa velut in nido, non ſolùm deponuntur ſuprà hiatus, ſeu ſcabrities craſſiorum caudicum ligni antè diſſecti, & aliquâ ſui parte cum corrumpi cœperit, atque vitiari, ſed & in fiſſuris ligni morticini atque corticum ipſarum arborum viridiū ac vegetantium. Recenſitorum ovulorum ex quovis brevî, triduo ad ſummum, perexiguus naſcitur vermiculus ſeu termes, qui ſenſim pro pauculis ſuis viribus, & pro ſui indigentia, quæ cum viribus ſemper incrementum capit, corrodit, & corrodendo amplos profundosque in ipſo ligno ſibi parat hiatus. Quolibet ſecundo circiter menſe, æſtate præſertim, ſpolium deponere conſveſcit, & in rodendo perſeverans, ſui corporis mole creſcit, quousque annum vivat, quandoque duos & interdum tres integros. Nihilominùs tamen brevius diuturniusque eorum tempus à duriori vel molliori metiri conſvevit ligno, quod cariei cedit in alimoniam, ubi enim naturalem aſſecutus fuerit magnitudinem, in cryſalidem transformatur. In qua figura viginti circiter diebus immobilis iterum ſpolia deponit,

d) Kircher. M. S. L. XII. c. 1. p. 357. e) l. c.

nit, è quibus prodiens alis inſtructus eſt, ùt figura VI. *Bonomi* monſtrat, qui plura curioſiſſima de eo dabit in aureolo ſuo libello Sed in viam. *Juduha*, admirabilis Heoina, gentibus cladem expoſitura ait: f) Deum corpora eorum afflicturum *igne & vermibus*, juſtis impiorum ſupplicijs. g] Idem Jehova populo ſuo animum additurus, ne formidet inimicos ſuos, pollicetur, h) tineas eos eſſe exeſuras uti pannum, die Motten werden ſie freſſen wie ein Kleid und Würme werden ſie freſſen wie ein Wöllen-Tuch. Rebelles Judæi plectebantur *mannâ verminosâ*. i) Adde hiſtoriam parricidæ Lubecenſis apud *Dexelium*. k) Cum Salvator noſter tremulâ voce ſe derelicturum queſtus eſſet, in hanc tandem erupit lamentationem: Ego autem *vermis*, non homo ſum! l) De tertia Ægypti plaga per Moſen, à Deo immiſſa, poſt ſacra monumenta m)| ſic loquitur Joſephus: n) *Pediculorum* magna vis è corporibus Ægyptiorum ſcatebat, à quibus mali malè perdebantur, neque lavacris, neque inunctionibus eos extinguere valentes. Generoſus Eques Hiſpanus *Dn. Anton. de Sandaval & Peralta* retulit mihi Hafniæ, ſe vidiſſe varias *verminoſas* hoſtias conſervatas apud Pontificios. Murmurantes Iſraëlitas *dracunculis* cruciabat Nemeſis divi-

na.

f] c. XVI. 16. g] Syr. VII. 19. h) Eſ. LI. 3. i) Exod. XVI. 20. k) in der Hiſtoriſch: Garten-Luſt p.500.ſeqq. l) Pſ.XXII.7. m] Exod. IIX. 16.ſeqq. n) L.II.c.5.

na, o) quos adeò malignos divinat *Licetus*, p) ut membra eorum crudeliter eroſerint, eroſa inflammârint, inflammata dolore vexârint, ab effectu denique morboſo *ignei* denominationem traxerint. Quam ſententiam cum Excell. D *Thoma Bartholino* q) ultrò amplectimur. Plantam Jonæ, ſeu cucurbita fuerit, vel hedera, ſeu ricinum, abrupit *vermis*, & quidem, ſecundùm Theophylactum, *eruca*. r) Imo ineffabiles damnatorum cruciatus cum verme nunquam moriente comparantur. ſ] Num *corporei vermes* ſint, ſecundùm *Auguſtinum* t] *Tertullianum* u) & *Gregorium*, vv) meum non eſt ſcrupuloſiùs inqvirere, licet haud improbabile videatur. Totus pœnarum cumulus, quem ſuper impios Deus miſſurus eſt, *vermes* ac pluviæ ignis & ſulfuris ſunt. x) Exempla præbent Sodomitæ y] Nadab & Abihu, z) ducenti & quinquaginta Viri, a) milites Samariæ, b) & adverſarij trium Virorum orthodoxorum. c) Apud *Homerum* d) & ex eo *Virgil.* e) ac *Ovid.*

I f) hujus-

o) Num. XXI. 6. p) L. III. de ſpont. vivent. ortu c. 11. Conf. Vogler. Comm. de reb. natural. & Med. in SS. p. m. 125. q] de morb. biblic. c. 6 p. 31. r) Jon. IV. 7. conf. Vogler l. c. p. 213 ſ) Eſ. LXVI. 24. Marc. IX. 44. 48. t) L. XXI. C. D. c. 10. u) L. de anim. c. 7. vv) L. IV. Dialog c. 29. x) Syr. VII. 9. Pſ. XI. 6. Ezech. XXXIIX. 22. y) Gen. XIX. 23. z) Lev. X. 1. 2. a) Num. XVI. 35. b) II. Reg. X. 12. c) Dan. III. 22. d) Odijſ. V e) Æn. VI. verſ. 597. ſeq.

vultures Titij

f) hujusmodi cruciatus infernales denotantur per *vultures* ſœvos, utrinque aſſiſtentes, qui jecur *Titij* apud inferos conſtituti fodiebant, roſtrum immittentes, & ità quidem, ut jecur ejus conſumtum renaſceretur illicò, ut nunquam *vultures* in diſcerpendo ceſſarent, nec ipſe *Titijus* à patiendo:

- - roſtroq; immanis vultur obunco
Immortale jecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viſcera, rimaturq; epulis habitatq; ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis. g)

Scaliger dicit, h) Titijum *amorem* eſſe, aut *libidinem*, quæ in jecore fit, ut riſus in ſplene. Unde etiam exeſum à *vulture* dicitur renaſci: etenim libidini non ſatisfit re ſemel peractâ, ſed recrudeſcit ſemper. Incontinentis nec *Titij jecur* relinquit ales. i) Hanc fabulam Homerus confinxiſſe videtur, occaſione ex eo ſumta, quòd à PP. accepiſſet, eſſe *vermem*, qui nunquàm moritur, rodentem conſcientiam, ita, ut vermem in *vultures* mutârit. Nam apud Patres antiquiores, etiam ante Eſaiæ tempora, locutionem illam de *verme* rodente, ſenſu eo, quem diximus, uſitatam fuiſſe, veriſimile eſt. k) Vetuſtisſima conſvetudo Dei, regiones terras-que

f) IV. Metam. f. 13. g] Virg. l. c. h) L. V. Poët. c. 3. i) Horat. III. carm. od. 4. conf. Taubman. comm. in cit. loc. Virg. p. m. 729. a. k) V. Cœl. Rhodigin. L. X. L. A. c. 14. Ravanell. Biblioth. Sacr. P. I. p. 1408.

quefame,alijsvé pœnis, populaturi, ut *vermes* vice ejus fungantur. l) Ideò Plinius m) *cicadas* nominat *iram Deûm.* Quàm graviter puniebarur Pharao per ranas,*pediculos* & locuſtas. n) De hujusmodi *pediculis* Pharaonis *Otto Frider. à Gröben* ſcribit,quod & ipſum inſigniter momorderint,ut requieſcere haud potuerit. o) Es ſind aber / inquit, die Pharaonis Läuſe zwar ſo klein/wie Staub / aber ſolches giſſtigen Biſſes daß/wo ſie nur hinbeiſſen / ein rother Flecken eines Schillings groß aufflaufft/ welcher in keinem Monat vergeht. Adde Cananæos, Hevitas & Hethitas, p] ut de pluribus nihil dicam. Vexatus locus eſt q] de interitu hypocritarum & adulatorum,quem Luterus ita reddidit : Sie vergehen wie eine Schnecke verſchmachtet. Disſidendentes interpretes vocem Hebraicam aliquando obſcuſcuriorem,nec minùs uſitatam modò *vermiculum*,modò *ceram.*, modò *limacem* explicant. Poſtremam verſionem optimè exponit *Vogler*, r) at prima noſtro inſervit dicurſui.

LXII. Ecce ſic immortalis antea homo, omniumque rerum Monarcha, finis ἁπάντων,

l) Devt. XXVIII. 38. 1. Reg. VIII. 37. II. chron. VI. 28. Pſ. CV. 34. Jud. VI. 5. Eſ. XL. 22. Joël. I. 4. Auguſt. L. III. C. D. c. 31. m] L. XI. c. 29. n] Exod. VIII. 11. 17. 21. o] V. ej. Oriental. Reiße c. 29. p. 278. p) Exod. XXIII. 28. Joſ. XXIV. 12. q) Pſ. LVIII. 9. r) l. c. p. 454.

ob deteſtabile peccatum, viliſſimi *vermiculi* victima pabulumque factus, triſtiſſimum, θαῦμα θαυμάτων. *Tinea* enim ſubter eum ſternitur, & operimentum ejus ſunt *vermes*, ſ) conſumitur quaſi *putredo*, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à *tinea*. t) En! quò dementia perduxerit miſerum, Si unicam noxam venialem, etiam noſtrâ opinione minimam leviſſimamque, ita averſantur Divinæ Majeſtatis oculi, ut ſi terra Sancta & plagæ chriſtianæ omnes è Turcarum tyrannide eripi, omnes Turcæ & iufideles chriſtianis ſacris imbui, omnes hæretici ad fidem orthodoxam traduci, peccatores omnes in ſanctos maximos unius jocoſi mendacioli beneficio transmutari poſſent, DEUS tamen, ſapientiſſimus rerum æſtimator, nunquam illud edici vellet probaretque, u) facilè judicabis de gravitate peccati unius iſtius hominis, per quem cum morte in mundum introijt. Piè S. *Anſelmus*: Si hinc *peccatum*, & illinc *infernum* haberem, ac uni eorum neceſſariò immergi deberem, priùs me in *infernum* demergerem, antequam peccatum committerem. Primus criminis, ſeu apoſtaſiæ vv] gradus erat *incredulitas*, qua dubitabat de verbo divino. Inde auſcultavit & credidit fallacijs Satanæ, fructûs prohibiti illecebris

peccatum Adami,

ſ) Eſâ. XIV. 11. Job. XXI. 26. t) Job. XIII. 28. u) Vid. Nic. Elfenij exercit. Ignat. medit. 3. ad d. 2. p. 40. vv) Syr. X. 4.

bris oculos oblectantis. Hinc in animo nata eſt ἐπιθύμησις & ὄρεξις, vitioſus appetitus: ille generavit προαίρεσιν, in qua erat τὸ ἑκούσιον. Præviâ enim deliberatione inferebat, ſe diabolo obtemperaturum. Hinc emerſit ὁρμή, quòd cum impetu niteretur in vetitum. Hæc demum τὸ κινητικὸν & locomotivam concitabat, ut manum extendendo prohibitum fructum rapiens, gulam avidasque fauces dilatârit & expleverit. x) Memento, unde excideris. y) Initium quippe ſalutis eſt notitia peccati z)

LXIII. Si igitur hoc univerſum, inque eo omnia Elementa, animalia, fructus, plantæ, legumina, eorumque ſemina &c. verminoſa ſunt; ſi omnis caro, cibus & potus vermium plenus, imò ſi omnis homo à primo ortu ſuo talis, ne ſangvine, in quo tamen anima, & ſemine ejus excepto, ſi omnes morbi, tàm interni quàm externi, præſertim abſtruſiores & atociores, magisque contagioſi, ut *peſtis, variola, febres malignæ, dyſenteria, gangræna* &c. ijsdem copioſiſſimè ſcatent, ſi Deus tandem ex juſto judicio, maxima ſupplicia per *vermes* ſemper exercuit, & adhuc quotidie exercet, uti ſingula ad nauſeâ probavimus, thema utique diſquiſitionis noſtræ æquo & prudenti Lectori, cujus oculi in *O. Vermium plena,*

 capite

x) V. M. Chriſtophori Sculteti diſſ. inaug. de primo Protoplaſt. peccato membr. 2. th. 29. Jen. 1624. y) Ap. II, 5. z) Senec. ep. 28.

capite ſunt , a) forſan haud incredibile videbitur. Certè *vermes* alterant, conſpurcant & immutant valdè humores vitales, tàm privativè, quàm poſitivè. Non ſolùm enim utiles humores abſumunt, ſicque corpus defraudant, ſed quoque putredinali miaſmate & recrementoſis quisquilijs polluunt. Mortuis quippe *vermibus* in corpore putredo maximè augetur.

LXIV. Cæterum uti Jobum *verminoſum* alibi ſtitimus; b] veriſſimè enim Drexelius c) plagâ peſſimâ totum corpus percuſſum ſcatebat ulceribus, ſanies defluebat, omnibus membris velut cavernulis erodentes vermiculi erumpebant, vivum erat cadaver: putredinem ſororis, vermium agmina fratrum loco amplexabatur, & erumpentes beſtiolas in eosdem ſpecus & paſtus foraminoſæ carnis revocabat: Ita nunc dicendum erit de morbo ejus Venereo. Placeat ergo Παρέκβασις, vel propter affinitatem thematis noſtri. *Jobum* verò, vel *Jobabum*, Seræ filium, *Raguelis* nepotem, d) de *Boſrah* e) in Idumæa unum eundemque fuiſſe, probatur (I) *ex circumſtantijs locorum.* *Jobabus* vixit in terra Idumæorum, f] *Jobus* in terra *Utz*, g) quæ fuit primarius Regni Edomitici tractus. Gaude, lætare, filia Edom, quæ habitas

Jobus & Jobabus an unus idemq;?

a) Eccl. II. 14. b) cynogr. S. IV. c. 10. c) de æternit. c. 2. §. 37. p. 156. d) Gen. XXXVI. 33. I. Paralip. I. 44. e) l. c. f) Gen. XXII. 33. g) Job. I. 1.

tas in terra *Utz*, h) i. e. quæ complecteris terram *Utz*, illum ob fertilitatem ſoli & cœli temperationem præ ceteris excellentem tractum, adeoque dignum, ut præcipuè ejus mentio fiat. Sunt, qui terram *Utz* diſtingvunt ab *Idumæa*, quòd hæc non includat illam, ſed ſaltem montem *Seir*, vel Edom, & regionem proximè adjacentem, ab Eſavo inhabitatam, quæ non tàm eſt campeſtris, quàm montoſa & aſpera, in ſciſſuris petrarum ſita, totaque montium cacuminibus cincta. Sed nota ambiguitatem vocis Idumææ. *Strictè* aliquando accepta, prout non includit terram *Utz*, neque Galaditidem, aliosvè tractus, ſed montana tatùm *Seir* ab Eſavo inculta, nonnunquàm verò *latius* ſumta, & montana *Seir* & campeſtres planosque aliquot tractus, montanis *Seir* vicinos comprêndit. Multiplicantibus ſeſe poſteris Eſavi, non contenti erant ſolis montanis *Seir*, ſed ſenſim etjam campeſtres tractus, inter montem *Seir* & *Jordanem* jacentes, occupârunt, qui tractus omnes poſtea largè dicti ſunt terra Idumæa. Quando igitur aſſeritur, i) *Jobabum* habitâſſe in terra Idumæa, & filias Edom i. e. incolas terræ Idumææ, lætatas eſſe, k) *laxius* vox Idumææ accipitur. [II] ex honoribus publicis. *Jobabo* Idumæo regia dignitas tribuitur, l) & *Jobum* Principem fuiſſe, colligitur ex maximis ejus o-

 pibus,

h) Thren. IV. 21. i] Gen. XXXVI. 33. k] Thren. IV, 21. l) Gen. l. c.

pibus, m) quodque inter Orientales illuſtrior fuerit. Annon proceſſit ad *portam* civitatis; ipſique in platea *cathedra* parata fuit? annon viderunt eum juvenes, & coram ipſo abſcondebantur? annon *Principes* ipſi aſſurgebant? ipſe enim liberabat *pauperem* vociferantem & *pupillum*, cui non erat adjutor, *cor viduæ* conſolabatur: geſtabat *diadema*, regium inſigne, & judiciariam veſtem, quam Principes judicaturi aſſumebant. n) Imò ſedebat tanquam Rex, circumſtante exercitu. o) Cur moleſti amici pro Regni paterni adminiſtratione ipſi tyrandem objiciebant, vocantes *leonem*, uxorem *leanam*, filios *catulos leonum?* p) Quæ loquendi formula in *crudelem Regem* Regumque familiam refertur. q) Præterea exprobrabant ei *δωροφαγίαν*, perverſionem juris & æqui, ſicque malè adminiſtratum Judicis officium. r) In fortitudine brachij tui poſſidebas terram, & potentisſimus obtinebas eam ſ) Du haſt Gewalt im Land geübet/und prächtig darinn geſeſſen. Quod regiam prorſus dignitatem arguit. Sicut *Jobo* inſultabant Reges: ita Tobiæ amici & proximi. t] Si cognati & amici *Jobi* Reges fuêre latè ſic dicti, cur ipſum Regem negabimus? Quod verò de Regibus *Utz* affert *Jere-*

m) Job. I. 3. n) XXIX. 7. ſeq. o) verſ. 25. p) c. IV. 10. ſeq. q) Prov. XIX. 12. Nahum. II. 12. r) c. XV. 14. XXII. 6. 7. 9. XXXVI. 18. ſ) verſ. 8. t) II. 14.

Jeremias, u) id fortè ſecundùm *Junium* & *Tremellium* de populo quodam miſcellaneo, è diverſis gentibus conflato, habitante in deſertis finitimis Jeruſalem intelligendum eſt. (III) Ex ſimilitudine morum. Moſes inter liberos Eſavi nomen cujuſdam Eliphæ narrat, qui Principem, *Themarem*, cognominis oppidi conditorem, genuit. vv) In hiſtoria Jobi ejusdem *Elipha Themanita* nomen aliquoties occurrit. [IV. *Ex ſupputatione temporum*. Longævus erat *Jobus*. Poſt cladem vixit CXL. annos, x] & antea ſeptem filios & tres filias genuerat, ut ſecundum *Iſidorum* y) vixiſſe dicatur CCXCVIII. annos, ad quam vitam tempore Moſis nemo fere pervenit. Terminum enim ponit LXX. vel LXXX. annum. z] Ergò *Jobus* temporibus Moſaicis erat antiquior, adeoque ipſe *Jobabus*, ſiquidem hic multò ante natum Moſen vixit, licèt Rabbinorum plerique & *Chriſoſtomus* a) falsè admodum rideant.

LXV. Varij *Utzei* in lege Dei occurrunt, b] [I] inter *Arami* filios primus eſt *Utz* & *Trachonitidem* ac *Damaſcum*, urbem totius Syriæ nobilisſimam, condidiſſe putatur; c) Eſt autem Trachonitis è XVII. Tetrarchijs præcipua, in qua Cæſarea Philippi Metropolis. A quo ipſo *Utzèo*, ex mente D. *Schmidij*, ſine dubio hæc *Varij Utzei*

I 5 terra

u) XXV. 20. vv) Gen. XXXVI. 10. & 15. x] c. ult. verſ. penult. y) L. de vit. & mort. Patriarch. c. 24. z) Pſ. XC. 10. a) homil. 4. de patient. b] Gen. X. 23. c) Joſeph. L. II. A. J. c. 14. Hieron. T. VIII. comm in Job. in quæſt.

terra, in qua Jobus ætatem egit, nomen olim accepit(2.) Primogenitus *Nachoris* appellabtur *Utz* d) in memoriam ejus, qui ante ipſum hanc terram poſſederat, & de ſuo dixerat nomine, ſiquidem *Nachorem* hunc quoque terræ tractum coluiſſe, quem *Arami* Filius *Utz* à patre obtinuerat, nullâ indiget probatione. 3.) Alibi e] idem nomen reperitùr filio *Diſan*, nepoti *Seir* ſeu Eſavi, impoſitum, poſtquam nunc in uſu eſſe cœperat. Sunt, qui *Jobum*, Nachoris filium natu maximum & *Bus* fratrem ejus, ex *Bilea* progenitos faciunt, ſed erroneè. f) Alius apud *Müllerum* g) *Utzum* ipſum eſſe *Jobum* unà cum alijs delirat, interque terram ejus nativitatis & habitationis diſtinctionem facit, & illum quidem Meſopotamiam eſſe, hanc autem Armeniam, inque ea Conſtantinopolin tradit, in qua omnes fortunæ ſuæ viciſſitudines expertus ſit, ſicque *Conſtantinopolin* Armeniæ attribuit, quam Thracia ſemper ſibi vendicavit propriam, neque ullum in hiſtorijs veſtigium extat, quô confirmari poſſit, Thraciam ad Armeniam unquam relatam eſſe. Concludit ergò, h) terram *Utz* in Armenia majori ſitam fuiſſe, cujus pars fuerit Idumæa, quæ ipſa tamen ambitu ſuo adhuc minores & ſpecialiores, atque inter eas ipſam terram *Utz*, complexa fuerit, non ab *Utzo* Nachoris, verùm *Arami* filio cognominatam,

d) Gen. *XXII.* 21. e) c. *XXXVI.* 28. f) Vid. M. J. Ern. Müller. diſſ. de terra Jobi Lipſ. 1688. g) l. c. p. 24. h) l. c. p. 31.

tam, & legitimo acquiſitionis modo partam, quam hypotheſin latiùs probat ibidem. Armeniam enim ab ipſo *Aramo*, qui eam totam poſſedit, nomen trahere haud veretur aſſerere; hæc poſtquàm deinde inter filios diſtributa eſt, dubio procul poſtea partibus heredes de ſuis nominibus nomina indiderunt, ita, ut terra *Utz* non ab alio, quàm *Arami* filio primogenito hoc nomen gerat; ex eo autem tempore, quo *Eſavitæ*, ſeu *Edomitæ* partem ejus, quô jure, quâve injuriâ, occupârunt; in plures iterum portiones diſtracta eſt, quarum complexum communis ipſorum parentis nomine condecorare, quàm alieno maluerunt, pro qua ſententia maximè facit citatum Prophetæ teſtimonium: *Gaude & lætare, filia Edom, quæ habitas in terra Utz*, ſeu, quæ à poſteris *Utzi* ablata in tuam poſſeſſionem ceſſit. Et ſanè probabile, *Nachorem* non aliâ causâ permotum filium ſuum eodem nomine *Utz* nobilitare voluiſſe, quàm quòd partem ejus terræ ſibi acquiſiverit, quam olim *Utz*, *Amrami* filius, unà cum alijs legitimo imperio tenuit. Veroſimile igitur, eam terram non ab hoc; ſed ab illo *Utzo* nomine ſuo inclaruiſſe. Exemplum ejus ſecutus *Diſan*, qui ejuſdem cauſæ ſtimulo excitatus, ſuum quoque filium *Utzi* nomine ſalutari voluit. Primi itaq; hujus terræ habitatoris nomen *Utzi* in omnibus illis regionibus in Chaldæam uſq; adeò celebre fuiſſe videtur, ut in familia nō ſolùm *Thare* primogenito datum ſit; verū quoq;

apud

apud Idumæos deinceps in *Seirorum* progenie Dux *Diſan* ſuum primogenitum eodem illuſtrare voluit.

LXVI. At dicis? *Jobus* erat Vir in terra *Utz*, *Jobabus* autem Rex *Edom*, i) Ergò diverſæ perſonæ & diverſa nomina, quoad ſyllabarum multitudinem, & ipſam radicalem literam. Tanti hoc fecit *Oleaſter*, k) ut adverſus omnes ferè Patres veteres evincere conatus fuerit, *Jobum* non eſſe *Jobabum*. Ita: *Vir*, non *Rex* nominatur *Jobus*. l) At quid nomen *Viri* ſæpiùs aliud quàm *Herois*, *Magiſtratus*, *Principis*, *Regisque*? Arma *Virumque* cano, ait Mantuanus Vates de Invictiſſimo Heroe *Ænea*. m) Deferte munera *Viro* Illi, n) i.e. Summo Magiſtratui in Ægypto. Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis *Viri*, Iſraelitæ, i. e. Judicis & Ducis Iſraelitarum. o) Nunquid non Vir es tu? p] i. e. Princeps unus ex Ducibus primarijs. In furore ſuo occiderunt *Virum*, i. e. Regem. q) Judicaturus eſt Deus orbem in *Viro*; r] i. e. Supremo judice & Rege. Ita quando Job dicitur *Vir* in tera Utz, nihil aliud ſignificatur quàm *Heros*, *Magiſtratus*; *Judex*, *Princeps* & *Rex* in terra Urz eminens ac præpotens. Licèt autem *Jobus* & *Jobabus* diverſa fuerint nomina, ergone etiam diverſorum hominum?

Viri eminentia,

i) Gen. *XXXVI.* k] in Geneſ. c. cit. l) c.I. 1. m) Æneid. verſ. 5. n] Gen. *XLIII.* 11. o) Jud.VII.14. p) 1. Sam. *XXVI.* 15. q) Gen. *XLIX.*6. r) Act. *XVII.* 31.

hominum? Sanctis Patribus uſitatum erat, mutatâ fortunâ, ſua ſuorumque nomina immutare, ſ) quidnî ergò rebus florentibus *Jobabus*, poſtea ad extrema redactus, concisâ voce & abjectâ mediâ Syllabâ, *Jobus* dici potuit? t)

LXVII. *Hieremias Drexelius* Soc. Jeſu Presbyter, Vir eruditis ſcriptis docto Orbi notiſſimus, in *Jobo ſuo*, divinæ Providentiæ theatro, u) duas dodecades morborum Huſæi Principis recenſet, ſcilicet (1) *φαγέδαιναν*, ſeu ἕλκος iſtud *κακὸν* ac *πονηρὸν* *carnem & oſſa* undiquaque perrodens & depaſcens, (2) *ignem ſacrum* (3) *cancrum* (4) frequens *animi deliquium*. Solum mihi ſupereſt ſepulcrum. vv) (5) *lepram*. Cutis mea denigrata eſt ſuper me, (x) deflet duritiem & aſperitatem rugarum, y) pulchritudinem ſuam devoratam & conſumtam, z] & alia. a) (6) *podagram*. Poſuit in nervos pedem meum. (b) (7) *chiragram* (8) *arthriditem*. In nihilum redacti ſunt omnes artus mei. c) (9) *vermes*, quibus totus erat plenus. d] Induta eſt caro mea putredine. e) Interpretes LXX, conjugem Jobi (qua de *Sylloge morborum Jobi*,

ſ) Gen. *XVII*. 5. Ruth. I. 20. t) V. Gerhard. in Exegeſ. locor. loc. 1. f. 57. & Chriſt. Chemnitij diſſ. de perſona & libro Hiobi c. 1. §. 16. ſeqq. u] c. *XV*. ſeq. vv) c. *XVII*. 1. x] *XXX*. 30. y] *XVI*. 16. z) *XVIII*. 13. a) *XIX*. 20. b) *XIII*. 27. c) *XVI*. 7. d) cynograph. m. S. IV. c. 10. e) Job. VII. 5.

de fusè & bene *J. Heinr. Urſin.* f) faciunt loquentem ita: g) Tu in prutredine *vermium* ſedes. Qui me comedunt, non dormiunt. h] In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me, i. e. immenſa *vermiculorum* multitudo per collum veſtis turmatim aſcendit, & quaſi effervescit. Si *Borell.* i) unicum *vermem* rejectum *innumeris* alijs refertum vidit, qui eos multiplicaverit Satanas, veteranus Practicus, quem aſtutum fecit tàm *natura ſubtilis*, quàm *longa exercitatio militiæ hujus?* k) (10.) *ulcera* pedibus, manibus, præcordiis, naribus, auribus, ori & gingivæ innata. (11.) atrociſſimam *cephalæam*: Non concedit requieſcere ſpiritum meum & implet me amaritudinibus. l) (12] *cordis palpitationem, ſingultum & tremorem*, (13) *putredinem viſcerum*, m) (14) *nephritidem* renumque exulcerationem. Convulneravit lumbos meos. n] (15) *halitum fœtidum* & ſputum ſanioſum. Halitum meum exhorruit uxor mea: o) inquilini domûs meæ & ancillæ meæ ſicut alienum me habent, & quaſi peregrinus ſum in oculis eorum: p] abominabantur me, & longè fugiunt à me, ac faciem meam conſpuere non verentur. q) Nec dimittes me, ut deglutiam ſalivam

f) L. IV. quæſt. Bibl. c. 20. p. 304. ſeq. g) c. II. h) *XXX.* 17. ſeq. i) C. I. obſ. 89. k) Bernhard. Medit. c. *XV.* §. 2. l) *IX.* 17. m) X*III.* 28. n] *XVI.* 13. o) *XIX.* 15. ſeqq. p) verſ. 17. ſeq. q) l. c.

livam meam. r) (16.) *pleuritidem*, (17) *aſtma*, (18) *anginam* (19) *appetitum caninum* ſitimque immenſam. Oſſa aruerunt præ cavmate. ſ) (20] *alvi profluvium.* Effudit in terram viſcera mea. t) De Nobili hypochondriaco *Dilleburgi*, qui poſt uſum acidularum dejecit excrementa, inteſtinum repræſentantia: Et de milite, ſpurium tale inteſtinum tres ſpithamas longum rejiciente, *vide J. D. Horſt.* u) Sic *Lipſius* tantam pituitæ viſcoſæ copiam in inteſtinis coacervârat, ut ea cum medicamentis exturbaretur, ipſa inteſtina tota excidiſſe autumaret. vv) An hoc modo, rogat *Horſtius*, Job viſcera ſua in terram effudit, & *Jeremias* jecur ſuum? x) [21.] *maraſmum*; Nunc in memetipſo marceſcit anima mea: membra mea in nihilum redacta ſunt: pelli meæ, conſumtis carnibus, adhæſit os meum & derelicta ſuut tantummodò labia circa dentes meos. y) (22) *febrem becticam.* Hoc eſt vulnere ſuper vulnus conſcindi. z) (23) *Inſomnia.* Noctes laborioſas enumeravi mihi: a] cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum, noctem verterunt in diem. b) Si dixero: Conſolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in ſtrato meo, terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties. *Obſerv.*

r) VII. 19. ſ) *XXX.* 30. t) *XVI.* 14. u) Manud. ad Medic. P.I. c.2. art.2. p. m. 229. vv) Mœb. Inſt. Med. L.II. P.II. c. 6. p. m. 205. x) Thren. II. 20. y) XIX. 20. z] XVI. 14. a) VII. 3. XXX. 17. b] XVII. 11. ſeq.

cuties. c) (24) *mœſtitiam & atram bilem* ad inſaniam excruciantem. Summa: mirabiliter cruciabatur, d) ut etiam anima ejus *ſuſpendium* elegerit, & *mortem* oſſa ejus. e] Ideò *Chryſoſtomus* f] eum *μυρίων ἀντάξιον μαρτύρων, mille martyribus* parem cenſet.

LXVII. *Joannes de Pineda*, Hiſpalenſis, ejuſdem Societatis Theologus, in eximio ſuo in *Jobum* commentario g) omnia ferè in-& externorum morborum genera recenſet, & *Jobo* applicat, queîs addit *luem veneream* cum *Vatablo*, cujus veſtigia preſſit *Cyprianus Ciſtertienſis* cum *Mercero*. Hoc verò morbo fœdiſſimo, qui ſcortatorum flagellum eſt, & immodicæ libidinis ſtipendium, diabolus Virum ſanctum & caſtum ignominiosè afficere voluit. *Steph. Roderic. à Caſtro*, Medicus Luſitanus, in opuſculo ſuo: *qua ex quibus*: h) ex verbis Jobi, i) *tadet animam meam vita mea*, probare conatur, eum, præter alios morbos, etiam habuiſſe febrim, quam Hippocrates k] *anxioſam* vocat. Latuit *Pinedam*, ait, hæc ægritudo, qui tot alios in ſanctum Virum congeſſit, ut nec *morbum gallicum* omiſerit, *quô nihil ineptius dici potuit*. Non improbat eruditi Viri conjecturam *Thomas Bartholinus*, licet *tadium* iſtud ex

Job lues venerea.

c) VII. 12. ſeqq. d) X. 16. e] VII. 15. f) hom. I. ad I.Corinth. g) ad.c. 1 l. verſ.7.& 8. p.141. h] L. l.c.21. i) c.X. 1. k] L. IV. acut

ex alio principio advocet, l] putans: *Pineda* ratiocinium præter rationem divinæ indulgentiæ eſſe, utpote quæ (1) ad honeſta, non ignominioſa morborum genera, ſe extendit, (2) iſto ſeculo *Jobi* morbum hunc nondum innotuiſſe, eumque (3) per *contagium* ſaltem, nullo alio modo diſſeminari. *Torquet ſe Pineda, & præter hiſtoriæ omnis fidem aſſerit, nunquam non alicui gentium eum morbum ſemper pervagatum fuiſſe. Victas dabimus manus, ſi id probaverit.* Ita Doctor meus. m) Si ergò probaverimus, luem iſtam ab ipſo mundi primordio, ratione eſſentiæ, cum toto ſymptomatum conſortio, (ignotâ licèt verâ ejus causâ, nomine & methodo medendi,) notiſſimam fuiſſe, ipſamque proprio vitiô, citra contagium, naſci, cantabimus utique pæana.

LXIX. Inclytus *Wedelius* in programmate quodam Academico n) de ſcabie loquitur maligna, humida, ichoroſa & graviſſima, nimiumque excendente, quam derivat à corruptione humorum vitalium inſigni partibus fluidis immutatis, & extraverſis, ac ſpeciatim ichoreſcentia putrilaginoſa ſeri, unde & nutritio vitiata, & mirum quantum iſti ſucci alibiles depravati varia ſymptomata pepererunt. Si ad *Pathologiam animatam* cuncta accuratè retulero, nullus inter nos diſſenſus erit, utut nec *luem veneream*, nec *ſcorbutum* ille admittat. *Wedelij opinio,*

K Quòd

l) de morb. biblic. c. 7. p. 37. m) l. c. n) de morbo Jobi.

Quòd autem ſalia in maſſa ſangvinea mille artifex augere, acuere, & extravertere facilè noverit, meæ prorſus favet ſententiæ, ut nihil ſanè niſi *jobum* inſigniter *verminoſum* inde efficere, omneſque ejus querelas, quotquot ſunt, maxima ex parte à *putredine animata* deducere poſſim. Contrarium ſi quis ſolidè mihi probaverit, is Phyllida ſolus habeto. Lege *jobum* ac *Aſtibulſium* meum *verminoſum*, &, ſi quæ deeſſe,ſeu corrigenda videantur, moneas velim, promtè dabimus. Animoſè interim cum *Kirchero* & *Langio* omnes ſinguloſque morbos, qui ab *eximia putredine* & ſuſpecta humorum vitioſorum fermentatione originem ſuam habent, *animatos* dicimus, ſeu *minutiſſimorum vermiculorum pullulaginem*, quod innumeris exemplis uberrime demonſtrârunt ipſi, aliique celeberrimi Viri. *Studio* atque *magnanimitate* parandum ſervandumque eſt Regnum literarium, cujus anima *virtus* eſt ac *veritas*: non *ambitionibus* atque *factionibus* exercendæ conjurationes: quibus alioſum diſtrahentibus ſapientia ipſa, quæ in medio erat, lacerata eſt. o)

LXX. Ita ſimplex & rectus erat *Hiobus*, timensDominum, recedensq; à malo, p) & adhuc, adhuc, poſt tot clades, retinens innocentiam, q) ἄνθρωπος elogio Chryſoſtomi, δίκαιος ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος

o] Scalig. exerc. 160, S. III, p] job. I. I. q) II. 3.

μενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος : r) adeò caſtus, ut fœdus pepigerit cum oculis ſuis, ne virginem aliquam laſciviùs adſpicerent ſ) Si deceptum eſt cor meum ſuper mulierem, & ſi ad oſtium inimici mei inſidiatus ſum, *molat alteri uxor mea, & ſuper illam incurventur alij.* t) Quid autem hoc? *molat alteri uxor mea.* Luterus cum Chaldæo vertit: *concumbat cum altero*, ſo müſſe ſie von einem andern geſchändet werden. Vulgata: *ſcortum alterius ſit.* Graviſſimum eſt Viro libero, præſertim nobiliori, qualis erat Job, ſi uxor ejus in poteſtatem hoſtis deveniat, & fiat illius ſerva viliſſima, ſicut de *Bajazete*, Turcarum Imp. capto à *Tamerlane* referunt Hiſtorici, eum graviſſimè tuliſſe, quòd conjugem ſuam pocillatricis loco ad menſam *Tamerlanis* ſpectaret. In hunc ſenſum trahunt alij iſtud ex lamentationibus Jeremiæ: u) *juvenes ad* molendum *abripuerunt. Hieronymus* rem obſcœnam hîc velari putat, quam *ἀῤῥενοκοῖται* faciunt, & vertit: adoleſcentibus *impudicè* abuſi ſunt. Victores enim quidvis ſibi licere putant in miſerorum corpora. Et hoc vitium non apud exteros tantùm, queîs pro lege voluntas, imò libido eſt, ſed etiam apud Ebræos, apud quos publica erant effeminatorum proſtibula, qui nefariæ aliorum libidini ſuccumberent, commune erat. vv) Idem *Hieronymus* Simſonem *molentem* quoque;

molere

r] L. II. de Patient. Jobi. ſ] XXXI. 1. t) v. 9. ſeq. u) V. 13. vv) II. Reg. XXIII. 7.

quoque ad hanc ſententiam trahit, x) rens: illum coactum fuiſſe, ut tanquam eqvus admiſſarius vocaret liberis ſuſcipiendis ex Philiſtæorum feminis, qui adducebātur à parentibus, ut ex generoſo patre generoſa item ſuſciperetur ſoboles. Sed verbum *molendi* citato loco in propria ſignificatione accipi, veriſimilius eſt. Et quidem non de alia, quàm *truſatili mola*, ſermonem fuiſſe, cenſet *M. J. Phil. Treuner*. Fac. Phil. Jenenſ. tunc Adj. y] Cur enim aliàs effodi oculos *Simſonis* oportuiſſet? hunc nempe finem Philiſtæi ſpectabant, ut in gyrum rectiùs ire miſer poſſet, vertigine aliàs impediendus. Imò etiam ad Eſaiæ tempora non molas *jumentarias*, aut *alatas*, ſed ſolas *manuarias*, *truſatiles* & *verſatiles*, non publicas, ſed ſolas *domeſticas*, certò demonſtrari poſſe, probat Idem. z) Ad iſtud Eſaiæ, a] quô præcipitur Babyloni, ut tollat *molam*, & *molat* farinam: quod eſt duræ captivitatis & extremæ ſervitutis indicium, ut, quæ quondam Regina fuerat, poſtea *molendæ farinæ* operi ſerviat, imprimis cùm addatur: *denuda turpitudinem tuam*, etiam molam Ebræi *figuraliter* intelligunt, quòd ſcilicet in morem ſcorti, victorum libidini pateat. Nimm die Mühle/ und mahle Mehl/ flechte deine Zöpffe aus/ entblöſſe den Fuß/ uñ entdecke den Schenckel/ wate durchs Waſſer/ daß deine Schaam aufgedeckt/ und deine Schande geſehen werde. Eâ-

x) Jud. XVI. 21. y) diſſ. hiſt. de molis c. 3. §. 8. p. 21. z) II, Sam. XI. 21. Eſa. XLVII. 2. a) l. c.

Eâdem utitur *Horat.* (b) alienas *permolere* uxores, & ante eum *Lucilius*, qu[illegible]ctu turpi dixit Virum *molere* in ipſa patratione, ùt *vannere* mulierem patientem. Auſon. c) de *Criſpa* impudica:

Deglubit, fellat, molitur *per utramq; cavernam.*

Græci pariter eôdem ſenſu uſurpant verbum μύλειν, non μύλλειν quod eſt *ſuere.* d) Eruditè huuc locum expoſuêre alii. e) Et ſuper illam incurventur alii, und andere müſſen ſie beſchlaffen. *Subſeſſor alieni matrimonij*, i. e. qui alienæ conjugis pudicitiæ inſidiatur. f)

Devictâ Aſiâ ſubſedit *adulter* g)

At voluit Satanas, ùt dixi, ſanctum caſtumque Jobum ſingulari ignominiâ & longiori cruciatu afficere, ut fere ſcomma iſtud *Zophar* in eum quadrârit: h) oſſa ejus replebuntur vitijs adoleſcentiæ; & illud Eccleſiaſtici: i) qui conjun-

 gitur

b) I Sat. 2. verſ. 35 c) epigr. 70. d) Vid. Theocrit. Idyll. 4. e) Dilherr. L. II. Elect. c. 9. Glaſſ. Rhetor. Sacr. L. 5. tr. 1. c. 11. p. 105. Coccej. comm in Job. f. 411. P. Ramirez. Tr. I. Spicileg. Sacr. c. 11. num 17. & Feſſel. L. II. Adverſ. Sacr. c. XV. §. 1. 2. 3. f) Val. Mal. Max. L. VII. c. 2. Add. Plaut. Truc. a. II. ſc. 2. verſ. 55. & Milit. glorioſ. a. II. ſc. 2. verſ. 39. cum not. Taubmann. in h. l. g) L. XI. Æneid. verſ. 268. conf. Taubm. in L. X. Æneid. verſ 974. B. h) XX. 11. i) XIX. 3. k) 1. Reg. XXII, 20. ſeqq.

gitur meretricibus, illum *putredo & vermes* σῆτες καὶ σκώληκες, hæreditabunt, der kriegt Motten und Würme zu Lohn / h. e. juxta gloſſam marginalem Luteri, Frantzoſen/Läuſe/ Morpions u. d. m. Quis decipiet Achab, Regem Iſraël, ut aſcendat & cadat in Ramoth Galaad? egreſſus autem eſt ſpiritus, & ſtetit coram Deo, & ait: ego decipiam illum. Cui locutus eſt Deus: in quo? & ille dixit: egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et reſpondit Dominus: decipies & prævalebis, egredere, & fac ita. k) *Sit in manu tua*, dixerat ſpiritui maligno Dominus. i. e, torque, cæde, flagella, crucia, uti volueris. Omnimoda poteſtas. Verùm, audi, animam ejus ſerva. l] His verbis inflatus peſſimus veterator, fœdiſſimos quosque ei inflixerit morbos, & hos inter *Venereum*, ut integram Viri famam ſanctamque ejus caſtitatem ſuſpectam omnibus redderet mendax & pater mendacij. m) Stat igitur, me judice, firma & inconcuſſa *Pineda* aſſertio, n)

lues venerea antiquiſſima

LXXI. Si lues hæc Venerea [ſic enim citra cujuslibet nationis injuriam cum *Hoffmanno* o) appellare malo,) ſcortatorum flagellum eſt, uti eſt, exceſſus autem deteſtandæ libidinis impurique concubitûs cum ipſis mundi primordijs crevit, utique antiquiſſima erit. Nominum

l] I. 12. m) Joh. VIII. 44. n) T. I. c. 2. S. 5. p. 143. o) L. II. M. O. c. 128. §. 8.

num innovatio nihil ad rem. p) Ante diluvium *ante*
videbant filii Dei filias hominum, quòd pulcræ ipſæ, & acceperunt ſibi uxores, ex omnibus, quas elegerant, q) ſine ullo veræ religionis, pietatis, virtutis, ac honeſtatis intuitu. Sic *ἐκ τῦ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν*. Oculi ſunt in amore duces. r) Gignebant ſibi liberos, ſ) i.e. dominandi libidine coëundi, vel explendæ libidinis gratiâ. t] Univerſum genus hominum tunc diſtingvebatur in duas familias. Altera erat *Sethi*, in qua vera Eccleſia, altera *Caini*, in qua Eccleſia hypocritica. Has vocat Moſes novâ appellatione *filios Dei & filias hominum*; per has *Caini* per illos *Sethi* familiam intelligens. Suſpiciones Helmontianæ u) mihi non placent. Peccabant igitur homines ante diluviani graviter, quòd raperent violenter, invitis etiam parentibus, uxores, quas volebant, ob ſolam pulchritudinem, contrahebant cum Cainitis apoſtatis matrimonia, non obſervatis gradibus. *& poſt*
Nam rapiebant ex omnibus, vel quibusvis. Et *diluvium,*
fortaſsè fuêre polygami. vv] Poſt diluvium caro hominum iterum magna, x) cauda ſalax,

 y) &

p) Vid. Zac. Luſit. L. I. M.P.H.qv.53. J. Lang. Vol.I.ep.42. Campeg L.II.Prax.c. 12. Reyes camp. elyſ.juc.qu.59.n.4. Lang. Pathol. animat.c.65.p.618. Knobloch de Lue Venerea P.I.c.2.p. 12, q) Gen. VI. 2. r) Job. *XXXI*, 1. ſ) Gen.VI. 4.) t] Aug. L. XV.C.D. c. 2. u) in demonſtrat theſ.§.98. vv) Vid. D. Chriſt. Chemnit. qv. in Geneſ. c. 6. q. 1. x) Ez. XVI, 26.

terra,in qua Jobus ætatem egit,nomen olim accepit(2.) Primogenitus *Nachoris* appellabtur *Utz* d) in memoriam ejus, qui ante ipſum hanc terram poſſederat,& de ſuo dixerat nomine,ſiquidem *Nachorem* hunc quoque terræ tractum coluiſſe, quem *Arami* Filius *Utz* à patre obtinuerat, nullâ indiget probatione. 3.) Alibi e] idem nomen reperitur filio *Diſan*, nepoti *Seir* ſeu Eſavi, impoſitum, poſtquam nunc in uſu eſſe cœperat. Sunt, qui *Jobum*,Nachoris filium natu maximum & *Bus* fratrem ejus, ex *Bilea* progenitos faciunt, ſed erroneè. f) Alius apud *Müllerum* g)*Utzum* ipſum eſſe J*obum* unà cum alijs delirat, interque terram ejus nativitatis & habitationis diſtinctionem facit, & illum quidem Meſopotamiam eſſe, hanc autem Armeniam, inque ea Conſtantinopolin tradit, in qua omnes fortunæ ſuæ viciſſitudines expertus ſit, ſicque *Conſtantinopolin* Armeniæ attribuit, quam Thracia ſemper ſibi vendicavit propriam, neque ullum in hiſtorijs veſtigium extat, quô confirmari poſſit, Thraciam ad Armeniam unquam relatam eſſe. Concludit ergò, h) terram *Utz* in Armenia majori ſitam fuiſſe, cujus pars fuerit Idumæa,quæ ipſa tamen ambitu ſuo adhuc minores & ſpecialiores, atque inter eas ipſam terram *Utz*, complexa fuerit, non ab *Utzo* Nachoris,verùm *Arami* filio cognominatam,

d) Gen. *XXII*. 21. e) c. *XXXVI*. 28. f) Vid. M. J.Ern. Müller. diſſ. de terra Jobi Lipſ. 1688. g) l.c.p.24. h) l.c.p.31.

tam, & legitimo acquiſitionis modo partam, quam hypotheſin latiùs probat ibidem. Armeniam enim ab ipſo *Aramo*, qui eam totam poſſedit, nomen trahere haud veretur aſſerere; hæc poſtquàm deinde inter filios diſtributa eſt, dubio procul poſtea partibus heredes de ſuis nominibus nomina indiderunt, ita, ut terra *Utz* non ab alio, quàm *Arami* filio primogenito hoc nomen gerat; ex eo autem tempore, quo *Eſavitæ*, ſeu *Edomitæ* partem ejus, quô jure, quâve injuriâ, occupârunt, in plures iterum portiones diſtracta eſt, quarum complexum communis ipſorum parentis nomine condecorare, quàm alieno maluerunt, pro qua ſententia maximè facit citatum Prophetæ teſtimonium: *Gaude & lætare, filia Edom, quæ habitas in terra Utz*, ſeu, quæ à poſteris *Utzi* ablata in tuam poſſeſſionem ceſſit. Et ſanè probabile, *Nachorem* non aliâ causâ permotum filium ſuum eodem nomine *Utz* nobilitare voluiſſe, quàm quòd partem ejus terræ ſibi acquiſiverit, quam olim *Utz*, *Amrami* filius, unà cum alijs legitimo imperio tenuit. Veroſimile igitur, eam terram non ab hoc, ſed ab illo *Utzo* nomine ſuo inclaruiſſe. Exemplum ejus ſecutus *Diſan*, qui ejusdem cauſæ ſtimulo excitatus, ſuum quoque filium *Utzi* nomine ſalutari voluit. Primi itaq; hujus terræ habitatoris nomen *Utzi* in omnibus illis regionibus in Chaldæam usq; adeò celebre fuiſſe videtur, ut in familia nō ſolùm *Thare* primogenito datum ſit; verū quoq; apud

apud Idumæos deinceps in *Seirorum* progenie Dux *Diſan* ſuum primogenitum eodem illuſtrare voluit.

LXVI. At dicis? *Jobus* erat Vir in terra *Utz*, *Jobabus* autem Rex *Edom*, i) Ergò diverſæ perſonæ & diverſa nomina, quoad ſyllabarum multitudinem, & ipſam radicalem literam. Tanti hoc fecit *Oleaſter*, k) ut adverſus omnes ferè Patres veteres evincere conatus fuerit, *Jobum* non eſſe *Jobabum*. Ita: *Vir*, non *Rex* nominatur *Jobus*. l) At quid nomen *Viri* ſæpiùs aliud quàm *Herois*, *Magiſtratus*, *Principis*, *Regisque*? Arma *Virumque* cano, ait Mantuanus Vates de Invictiſſimo Heroe. *Ænea*. m) Deferte munera *Viro* Illi, n) i. e. Summo Magiſtratui in Ægypto. Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis *Viri*, Iſraelitæ, i. e. Judicis & Ducis Iſraelitarum. o) Nunquid non Vir es tu? p] i. e. Princeps unus ex Ducibus primarijs. In furore ſuo occiderunt *Virum*, i. e. Regem. q) Judicaturus eſt Deus orbem in *Viro*, r] i. e. Supremo judice & Rege. Ita quando Job dicitur *Vir* in tera Utz, nihil aliud ſignificatur quàm *Heros*, *Magiſtratus*, *Judex*, *Princeps* & *Rex* in terra Urz eminens ac præpotens. Licèt autem *Jobus* & *Jobabus* diverſa fuerint nomina, ergone etiam diverſorum hominum?

Viri eminentia,

i) Gen. *XXXVI.* k] in Geneſ. c. cit. l) c. I. 1. m) Æneid. verſ. 5. n] Gen. *XLIII.* 11. o) Jud. VII. 14. p) 1. Sam. *XXVI.* 15. q) Gen. *XLIX.* 6. r) Act. *XVII.* 31.

hominum? Sanctis Patribus uſitatum erat, mutatâ fortunâ, ſua ſuorumque nomina immutare, ſ) quidnî ergò rebus florentibus *Jobabus*, poſtea ad extrema redactus, conciſâ voce & abjectâ mediâ Syllabâ, *Jobus* dici potuit? t)

LXVII. *Hieremias Drexelius* Soc. Jeſu Presbyter, Vir eruditis ſcriptis docto Orbi notiſſimus, in *Jobo ſuo*, divinæ Providentiæ theatro, u) duas dodecades morborum Huſæi Principis recenſet, ſcilicet (1) *Φαγέδαιναι*, ſeu ἕλκος iſtud *κακὸν* ac *πονηρὸν* *carnem & oſſa* undiquaque perrodens & depaſcens, (2) *ignem ſacrum* (3) *cancrum* (4) frequens *animi deliquium*. Solum mihi ſupereſt ſepulcrum. vv) (5) *lepram*. Cutis mea denigrata eſt ſuper me, (x) deflet duritiem & aſperitatem rugarum, y) pulchritudinem ſuam devoratam & conſumtam, z] & alia. a) (6) *podagram*. Poſuit in nervos pedem meum. (b) (7) *chiragram* (8) *arthriditem*. In nihilum redacti ſunt omnes artus mei. c) (9) *vermes*, quibus totus erat plenus. d] Induta eſt caro mea putredine. e) Interpretes LXX. conjugem Jobi (qua de

Sylloge morborum Jobi,

ſ) Gen. *XVII.* 5. Ruth. I. 20. t) V. Gerhard. in Exegeſ. locor. loc. I. f. 57. & Chriſt. Chemnitij diſſ. de perſona & libro Hiobi c. I. §. 16. ſeqq. u] c. *XV.* ſeq. vv) c. *XVII.* 1. x] *XXX.* 30. y] *XVI.* 16. z) *XVIII.* 13. a) *XIX.* 20. b) *XIII.* 27. c) *XVI.* 7. d) cynograph. m. S. IV. c. 10. e) Job. VII. 5.

de fusè & bene *J. Heinr. Urſin.* f) faciunt loquentem ita: g) Tu in prutredine *vermium* ſedes. Qui me comedunt, non dormiunt. h] In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me, i. e. immenſa *vermiculorum* multitudo per collum veſtis turmatim aſcendit, & quaſi efferveſcit. Si *Borell.* i) unicum *vermem* rejectum *innumeris* alijs refertum vidit, qui eos multiplicaverit Satanas, veteranus Practicus, quem aſtutum fecit tàm *natura ſubtilis*, quàm *longa exercitatio militiæ hujus?* k) (10.) *ulcera* pedibus, manibus, præcordiis, naribus, auribus, ori & gingivæ innata. (11.) atrociſſimam *cephalæam*: Non concedit requieſcere ſpiritum meum & implet me amaritudinibus. l) (12] *cordis palpitationem, ſingultum & tremorem,* (13) *putredinem viſcerum,* m) (14) *nephritidem* renumque exulcerationem. Convulneravit lumbos meos. n] (15) *halitum fœtidum* & ſputum ſanioſum. Halitum meum exhorruit uxor mea: o) inquilini domûs meæ & ancillæ meæ ſicut alienum me habent, & quaſi peregrinus ſum in oculis eorum: p] abominabantur me, & longè fugiunt à me, ac faciem meam conſpuere non verentur. q) Nec dimittes me, ut deglutiam ſalivam

f) L. IV. quæſt. Bibl. c. 20. p. 304. ſeq. g) c. II. h) *XXX.* 17. ſeq. i) C. I. obſ. 89. k) Bernhard. Medit. c. *XV.* §. 2. l) *IX.* 17. m) *XIII.* 28. n] *XVI.* 13. o) *XIX.* 15. ſeqq. p) verſ. 17. ſeq. q) l. c.

livam meam. r) (16.) *pleuritidem*, (17) *aſtma*, (18) *anginam* (19) *appetitum caninum* ſitimque immenſam. Oſſa aruerunt præ cavmate. ſ) (20] *alvi profluvium*. Effudit in terram viſcera mea. t) De Nobili hypochondriaco *Obſerv.* *Dilleburgi*, qui poſt uſum acidularum dejecit excrementa, inteſtinum repræſentantia: Et de milite, ſpurium tale inteſtinum tres ſpithamas longum rejiciente, *vide J. D. Horſt.* u) Sic *Lipſius* tantam pituitæ viſcoſæ copiam in inteſtinis coacervârat, ut ea cum medicamentis exturbaretur, ipſa inteſtina tota excidiſſe autumaret. vv) An hoc modo, rogat *Horſtius*, Job viſcera ſua in terram effudit, & *Jeremias* jecur ſuum? x) [21.] *maraſmum*; Nunc in memetipſo marceſcit anima mea: membra mea in nihilum redacta ſunt: pelli meæ, conſumtis carnibus, adhæſit os meum & derelicta ſunt tantùmmodò labia circa dentes meos. y) (22) *febrem hecticam*. Hoc eſt vulnere ſuper vulnus conſcindi. z) (23) *Inſomnia*. Noctes laborioſas enumeravi mihi: a] cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum, noctem verterunt in diem. b) Si dixero: Conſolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in ſtrato meo, terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties.

r) VII. 19. ſ) XXX. 30. t) XVI. 14. u) Manud. ad Medic. P.I. c.2. art.2. p. m. 229. vv) Mœb. Inſt. Med. L.II. P.II. c. 6. p. m. 205. x) Thren. II. 20. y) XIX. 20. z] XVI. 14. a) VII. 3. XXX. 17. b] XVII. 11. ſeq.

ex alio principio advocet, l] putans: *Pinedæ* ratiocinium præter rationem divinæ indulgentiæ eſſe, utpote quæ (1) ad honeſta, non ignominioſa morborum genera, ſe extendit, (2) iſto ſeculo *Jobi* morbum hunc nondum innotuiſſe, eumque (3) per *contagium* ſaltem, nullo alio modo diſſeminari. *Torquet ſe Pineda, & præter hiſtoriæ omnis fidem aſſerit, nunquam non alicui gentium eum morbum ſemper pervagatum fuiſſe. Victas dabimus manus, ſi id probaverit.* Ita Doctor meus. m) Si ergò probaverimus, luem iſtam ab ipſo mundi primordio, ratione eſſentiæ, cum toto ſymptomatum conſortio, [ignotâ licèt verâ ejus cauſâ, nomine & methodo medendi,) notiſſimam fuiſſe, ipſamque proprio vitiô, citra contagium, naſci, cantabimus utique pæana.

LXIX. Inclytus *Wedelius* in programmate quodam Academico n) de ſcabie loquitur maligna, humida, ichoroſa & graviſſima, nimiumque excendente, quam derivat à corruptione humorum vitalium inſigni partibus fluidis immutatis, & extraverſis, ac ſpeciatim ichoreſcentia putrilaginoſa ſeri, unde & nutritio vitiata, & mirum quantum iſti ſucci alibiles depravati varia ſymptomata pepererunt. Si ad *Pathologiam animatam* cuncta accuratè retulero, nullus inter nos diſſenſus erit, utut nec *luem veneream*, nec *ſcorbutum* ille admittat. *Wedelij opinio.*

K Quòd

l) de morb. biblic. c. 7. p. 37. m) l. c. n) de morbo Jobi.

Quòd autem ſalia in maſſa ſangvinea mille artifex augere, acuere, & extravertere facilè noverit, meæ prorſus favet ſententiæ, ut nihil ſanè niſi *jobum* inſigniter *verminoſum* inde efficere, omnesque ejus querelas, quotquot ſunt, maxima ex parte à *putredine animata* deducere poſſim. Contrarium ſiquis ſolidè mihi probaverit, is Phyllida ſolus habeto. Lege *jobum* ac *Aſtibulſium* meum *verminoſum*, &, ſi quæ deeſſe, ſeu corrigenda videantur, moneas velim, promtè dabimus. Animosè interim cum *Kirchero* & *Langio* omnes ſinguloſque morbos, qui ab *eximia putredine* & ſuſpecta humorum vitioſorum fermentatione originem ſuam habent, *animatos* dicimus, ſeu *minutiſſimorum vermiculorum pullulaginem*, quod innumeris exemplis uberrime demonſtrârunt ipſi, aliique celeberrimi Viri. *Studio* atque *magnanimitate* parandum ſervandumque eſt Regnum literarium, cujus anima *virtus* eſt ac *veritas*: non *ambitionibus* atque *factionibus* exercendæ conjurationes: quibus aliorſum diſtrahentibus ſapientia ipſa, quæ in medio erat, lacerata eſt. o)

LXX. Ita ſimplex & rectus erat *Hiobus*, timens Dominum, recedensq; à malo, p) & adhuc, adhuc, poſt tot clades, retinens innocentiam, q). ἄνθρωπος elogio Chryſoſtomi, δίκαιος ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, θεοσεβὴς, ὁ ἀπεχόμενος

o] Scalig. exerc. 160, S. III, p] Job. I.1. q) II. 3.

μενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος : r) adeò caſtus, ut fœdus pepigerit cum oculis ſuis, ne virginem aliquam laſciviùs adſpicerent ſ) Si deceptum eſt cor meum ſuper mulierem, & ſi ad oſtium inimici mei inſidiatus ſum, *molat alteri uxor mea, & ſuper illam incurventur alij*. t) Quid autem hoc ? *molat alteri uxor mea.* Luterus cum Chaldæo vertit : *concumbat cum altero*, ſo müſſe ſie von einem andern geſchändet werden. Vulgata : *ſcortum alterius ſit.* Gravisſimum eſt Viro libero, præſertim nobiliori, qualis erat Job, ſi uxor ejus in poteſtatem hoſtis deveniat, & fiat illius ſerva viliſſima, ſicut de *Bajazete*, Turcarum Imp. capto à *Tamerlane* referunt Hiſtorici, eum gravisſimè tuliſſe, quòd conjugem ſuam pocillatricis loco ad menſam *Tamerlanis* ſpectaret. In hunc ſenſum trahunt alij iſtud ex lamentationibus Jeremiæ : u) *juvenes ad* molendum *abripuerunt. Hieronymus* rem obſcœnam hîc velari putat, quam ἀῤῥενοκοῖται faciunt, & vertit: adoleſcentibus *impudicè* abuſi ſunt. Victores enim quidvis ſibi licere putant in miſerorum corpora. Et hoc vitium non apud exteros tantùm, queîs pro lege voluntas, imò libido eſt, ſed etiam apud Ebræos, apud quos publica erant effeminatorum proſtibula, qui nefariæ aliorum libidini ſuccumberent, commune erat. vv) Idem *Hieronymus* Simſonem *molentem*

molere

K 2 quoque;

r] L. II. de Patient. Jobi. ſ] XXXI. 1. t) v. 9. ſeq. u) V. 13. vv) II. Reg. XXIII. 7.

quoque ad hanc ſententiam trahit, x) reus: illum coactum fuiſſe, ut tanquam eqvus admiſſarius vocaret liberis ſuſcipiendis ex Philiſtæorum feminis, qui adducebātur à parentibus, ut ex generoſo patre generoſa item ſuſciperetur ſoboles. Sed verbum *molendi* citato loco in propria ſignificatione accipi, veriſimilius eſt. Et quidem non de alia, quàm *truſatili mola*, ſermonem fuiſſe, cenſet *M. J. Phil. Treuner.* Fac. Phil. Jenenſ. tunc Adj. y] Cur enim aliàs effodi oculos *Simſonis* oportuiſſet? hunc nempe finem Philiſtæi ſpectabant, ut in gyrum rectiùs ire miſer poſſet, vertigine aliàs impediendus. Imò etiam ad Eſaiæ tempora non molas *jumentarias*, aut *alatas*, ſed ſolas *manuarias*, *truſatiles* & *verſatiles*, non publicas, ſed ſolas *domeſticas*, certò demonſtrari poſſe, probat Idem, z) Ad iſtud Eſaiæ, a] quò præcipitur Babyloni, ut tollat *molam*, & *molat* farinam: quod eſt duræ captivitatis & extremæ ſervitutis indicium, ut, quæ quondam Regina fuerat, poſtea *molendæ farinæ* operi ſerviat, imprimis cùm addatur: *denuda turpitudinem tuam*, etiam molam Ebræi *figuraliter* intelligunt, quòd ſcilicet in morem ſcorti, victorum libidini pateat. Nimm die Mühle/ und mahle Mehl/ flechte deine Zöpffe aus/ entblöſſe den Fuß/ uñ entdecke den Schenckel/ wate durchs Waſſer/ daß deine Schaam aufgedeckt/ und deine Schande geſehen werde. Eâ-

x) Jud. XVI. 21. y) diſſ. hiſt. de molis c. 3. §. 8. p. 21. z) II, Sam. XI. 21. Eſa. XLVII. 2. a) l. c.

Eâdem utitur *Horat.* (b) alienas *permolere* uxores, & ante eum *Lucilius*, qu[illegible]ctu turpi dixit Virum *molere* in ipſa patratione, ùt *vannere* mulierem patientem. Auſon. c) de *Criſpa* impudica:

Deglubit, fellat, molitur *per utramq; cavernam.*

Græci pariter eôdem ſenſu uſurpant verbum μύλλειν, non μύλλειν quod eſt *ſuere.* d) Eruditè huuc locum expoſuêre alii. e) Et ſuper illam incurventur alii, und andere müſſen ſie beſchlaffen. *Subſeſſor alieni matrimonij*, i. e. qui alienæ conjugis pudicitiæ inſidiatur. f)

Dervictâ aſiâ ſubſedit *adulter* g)

At voluit Satanas, ùt dixi, ſanctum caſtumque Jobum ſingulari ignominiâ & longiori cruciatu afficere, ut fere ſcomma iſtud *Zophar* in eum quadrârit: h) oſſa ejus replebuntur vitijs adoleſcentiæ; & illud Eccleſiaſtici: i] qui conjun-

b) I Sat.2.verſ.35 c]epigr.70. d) Vid. Theocrit. Idyll.4. e] Dilherr. L. II. Elect. c. 9. Glaſſ. Rhetor. Sacr L. 5. tr. 1. c. 11. p. 305. Coccej. comm in Job.f. 411. P. Ramirez.Tr. I Spicileg. Sacr.c.11.num 17. & Feſſel. L.II. Adverſ. Sacr.c.XV.§.1.2.3. f) Val.Mal. Max. L. VII. c.2.Add.Plaut.Truc.a.II ſc. 2.verſ.55. & Milit. glorioſ.a. II. ſc. 2. verſ 39.cum not.Taubmann.in h.l. g) L,XI.Æneid. verſ.268. conf. Taubm.in L.X.Æneid.verſ 974.B. h] XX,11. i) XIX, 3. k) 1. Reg. XXII,20. ſeqq.

gitur meretricibus, illum *putredo & vermes* σῆλες καὶ σκώληκες, hæreditabunt, der kriegt Motten und Würme zu Lohn / h. e. juxta gloſſam marginalem Luteri, Frantzoſen/Läuſe/ Morpions u. d. m. Quis decipiet Achab, Regem Iſraël, ut aſcendat & cadat in Ramoth Galaad? egreſſus autem eſt ſpiritus, & ſtetit coram Deo, & ait: ego decipiam illum. Cui locutus eſt Deus: in quo? & ille dixit: egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et reſpondit Dominus: decipies & prævalebis, egredere, & fac ita. k) *Sit in manu tua*, dixerat ſpiritui maligno Dominus. i. e, torque, cæde, flagella, crucia, uti volueris. Omnimoda poteſtas. Verùm, audi, animam ejus ſerva. l) His verbis inflatus pesſimus veterator, fœdisſimos quosque ei inflixerit morbos, & hos inter *Venereum*, ut integram Viri famam ſanctamque ejus caſtitatem ſuſpectam omnibus redderet mendax & pater mendacij. m) Stat igitur, me judice, firma & inconcuſſa *Pineda* aſſertio, n)

Lues venerea antiquiſſima

LXXI. Si lues hæc Venerea [ſic enim citra cujuslibet nationis injuriam cum *Hoffmanno* o) appellare malo,] ſcortatorum flagellum eſt, uti eſt, exceſſus autem deteſtandæ libidinis impurique concubitûs cum ipſis mundi primordijs crevit, utique antiquiſſima erit. Nominum

l) I. 12. m) Joh. VIII. 44. n) T. I. c. 2. S. 5. p. 143. o) L. II. M. O. c. 128. §. 8.

num innovatio nihil ad rem. p) Ante diluvium *ante* videbant filii Dei filias hominum, quòd pulcræ ipſæ, & acceperunt ſibi uxores, ex omnibus, quas elegerant, q) ſine ullo veræ religionis, pietatis, virtutis, ac honeſtatis intuitu. Sic ἐκ τῦ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν. Oculi ſunt in amore duces. r) Gignebant ſibi liberos, ſ) i.e. dominandi libidine coëundi, vel explendæ libidinis gratiâ. t] Univerſum genus hominum tunc diſtingvebatur in duas familias. Altera erat *Sethi*, in qua vera Eccleſia, altera *Caini*, in qua Eccleſia hypocritica. Has vocat Moſes novâ appellatione *filios Dei & filias hominum*: per has *Caini* per illos *Sethi* familiam intelligens. Suſpiciones Helmontianæ u) mihi non placent. Peccabant igitur homines ante diluviani graviter, quòd raperent violenter, invitis etiam parentibus, uxores, quas volebant, ob ſolam pulchritudinem, contrahebant cum Cainitis apoſtatis matrimonia, non obſervatis gradibus. *& poſt* Nam rapiebant ex omnibus, vel quibusvis. Et *diluvium,* fortaſsè fuêre polygami. vv] Poſt diluvium caro hominum iterum magna, x) cauda ſalax,

K 4 y) &

p) Vid. Zac. Luſit. L. I. M.P.H.qv.53. J. Lang. Vol.I.ep.42. Campeg L.II.Prax.c.12. Reyes camp. elyſ. juc.qu.59.n.4. Lang. Pathol. animat.c.65.p.618. Knobloch de Lue Venerea P.I.c.2.p.12. q) Gen. VI. 2. r) Job. XXXI.1. ſ) Gen.VI. 4.) t] Aug. L.XV.C.D. c. 2. u) in demonſtrat theſ.§.98. vv) Vid. D.Chriſt. Chemnit. qv. in Geneſ. c. 6. q. 1. x) Ez. XVI. 26.

y) & fluxus eorum prorſus *aſininus* ac *equinus*. z) Unusquisque ad uxorem proximi *hinniebat*, a) quô efferatisſima libido indicatur, dum à Satyrico pruritu, & exinde promanantibus adulterijs temperare ſibi nolebant, uxorem alterius in uxorem ſibi accipientes. b) Salacisſimum omninm tùm fœminarum, tùm marium *equus* eſt, excepto homine. c) Adhæc reſpiciens Juvenalis d) de famoſa & extremè libidinoſa adultera loquens, *Hippiam* illam ficto nomine appellavit, quæ *Fabritij Vejentonis*, Senatoris Romani & Conſiliarij Cæſaris *Domitiani*, conjux fuit, cumque *Sergio* quodam gladiatore mœcho ſuo in Ægyptum profugit, marito derelictô. Fœminæ transmutabant naturalem uſum in eum, qui eſt contra naturam, & maſculi, relictô naturali uſu fœminæ, exarſerunt deſiderijs ſuis invicem maſculi in maſculos turpitudinem exercentes. e) Qui volet planum & perſpicuum horum verborum interpretem habere, ei unicum *Petronium* dabit *Goldaſtus*. f) *Cæl. Rhodig.* g] ex variis autoribus refert, quòd Babyloniæ mulieres conſvêſſent cum hoſpitibus turpiter commiſceri, & in conviviis exuere amicula, pudoremque profanare: atque

y] Horat. I. ſat 2. z] Ez. XXIII. 20. a) Jer. V. 8. b) II. Sam. XII. 9. c) Ariſt. L. VI. anim. c. 22. d) ſat. 6. verſ. 83. & ſat. X. verſ. 220. e) Rom. I. 26. ſeq. f) diſſ. de ſcriptis Petron. c. 4. conf. Selden. præf. tract. de Dîs Syris g) L. VIII. L. A. c. 11.

atque adeò quòd ima corporum revelare non erubuerint,ipſæ etiam nobilisſimæ fœminæ. O vulva ſatiari neſcia. h) Excute verba ſacra apud *Ezech.* i) & alios k) ut alia taceam loca, & deteſtare mecum monſtroſam hominum libidinem,quæ ſanè absque ſtipendio ſuo haud fuerit.

LXXII. Quorſum Pithagoras,Samius Philoſophus,qui floruit A M.3430.A C.532.cujusq; tanta admiratio fuit,ut ex domo ejus templum facerent,eumque pro Deo colerent, l) cum oraculo ſuo: ἀπέχȣ κυάμων: *abſtine fabis*, niſi quod homines ab illicita & immodica Venere abſtrahere voluerit? Variorum ſententias hac de re vide ſis apud *Laërt.* m) *Sebizium* n] *Nonnium*; o] *Phil. Beroald.* p) *Plutarch.* q) *Mich. Apoſtol.* r) *Gyrald.* ſ) & novisſimè *J. Alb. Brômeln*,Arnſtadienſem, t) qui in ſectione priori diſſertationis ſuæ ſenſum ejus myſticum, forenſem & phyſicum tribus capitibus prolixiùs expoſuit. Dn. van der *Linden* u) per κυαμȣς nervosè intelligit ſororiantium mammarum ἀπέχȣ κυάμων

h) Prov.XXX. 16. i] XXII. 10. ſeq. k) Jerem. V.7.ſeq.I. Cor. V.1. l)Juſtin.L.XX. c.5.m)L. VIII.1. n] L.II.de alim.fac. p. 224. o) L.I. de re cibar.c.9. p) Comm.in L. VI. Metam. Apulej.p.m.505. q) de pueror.inſtit.p. m. 58. r) C.VI. prov.98. ſ) in Symb.Pytag. p.475. t) in diſſ.inaug.Erfurt.1694. u] Med. Phyſiol.c.7.a.3.§.28.p.269.B.

marum papillas. Sic enim olim dictas fuiſſe, teſtis eſt *Ruffus Epheſius.* vv) Mammæ ſiquidem ſummum (θηλὴ) papilla, ejus autem prima in pubeſcentibus exſertio κύαμος, *faba*, nominatur, quo tempore quia & *florere* virgines, & *turgere* ſimul incipiunt. Idcirco *Empedoclis* Philoſophi monitum:

Δειλοὶ, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι,

Ah! miſeri, miſeri, à cyamis ſubducite dextras. Amor quippe *melle & felle* eſt fœcundisſimus. Guſtu dat *dulce, amarum* ad ſatietatem usque aggerit. x]

Qui poteſt mulieres vitare, vitet: ut quotidie Pridie caveat, ne faciat, quod pigeat poſtridie. y)

Ita reperi, non quod pueri clamitant, in *faba* z) Si qui tamen oblatrare pergant, in iſtos cudatur *faba* iſta Terentia, a) de cujus adagij genuina explicatione vid. *Taubmann.* (b) & alios. c]

LXXIII.. Si divina indulgentia ad honeſta ſaltem, (ſi quæ honeſtas ex peccato) non ignominioſa morborum genera ſe extendit, eccur, annuente ipsâ, diabolus lepram, elephantiaſin, phtiriaſin &c. addidit? non eſt igitur dubium

vv] L.I.c.11. x) Plaut. Ciſtell. a.I ſc.1. verſ. 71. y) Id. Stich. a. I. ſc.2. verſ.64. ſeq. z) Id. Aulular. a.V. verſ. 10. a) Evn. a.II.ſc.3 verſ.89. b) comm. in Paut. Capt. a. II. ſc. 1. p.m. 252. c) Weiz. comm. in h.l. Terent. p.m. 186. Th. Farnab. in annot. ad h.l. p.70.

dubium, quia acceſſerit morbus *venereus, omnia omnium ſeculorum, præter lepram mala diritate & ſui propagatione ſuperans.* d) An non verò *Ammannus* noſter e] *luem veneream lepramque* pro uno eodemque affectu habet,(1) quia uterque *contagioſus* & *hæreditarius* e) (2) adſunt *eadem læſiones* in lepra, quæ in lue venerea e.g. corroſio uvulæ, palati, narium, raucedo, alopecia, gonorrhæa &c. Sectum olim Monſpelij juvenis, fœdisſimâ hac lue extincti, putidum cadaver, cujus, præter corrupta viſcera omnia oſſa brachij,tibiarum, palati, naſi ipſumque cranium maximè carioſa erant, ut in pulverem ferè ſponte collaberentur. Ex motibus inteſtinis vivi quid ſubeſſe facilè animadverti potuit, non ſecus ac in carie caſei cernimus. Hic pulvis curioſitatis gratiâ, à Chirurgo in ſcatula collectus domiq;aſſervatus,eo olim abſente,à conjuge ejus vicinæ pullulæ datur pro exſiccanda ingvinis excoriatione, rente,eſſe cariem, ſeu farinam teredinis. At puella eâdem lue infecta miſerè perijt. f) (3) *unà* eademque utriusque *morbi cauſa*, *putredo* ſc. *animata*, ſeu potisſimùm *atomi verminoſa* in putredine, ceu matrice & diver-

lues ♀ a & lepra unus morbus,

Obſ.

d) Hofman ad C. III. obſ. Poter. 101. p. 394. e) L. II. Parænеſ. P. III. c. 4. p. 177. & Med. Crit. diſc. 4. p. 20. e) Rhod. C. III. obſ. 83. Lud. Viv. in Aug. L. XXII. C. D. c. 22. Carol. Muſitan. de lue Venerea c. 5. p. 27. f) Faſcic. I. obſ. m. 40.

diverſorio ſuo, ſtabulantes, quas ſeu *venenum corroſivum*, vel *univerſalem* totius *corporis cachexiam* & corruptionem univerſalem, vel cum Paracelſo *totius corporis in putrefactionem omnimodam degenerationem* dicas, per me equidem licebit. Nobilis Gallus, quem ipſimet *alia* Lugduni vidit E. Q. M. D. à continua & immodica Venere adeò cuncta viſcera, humores, totamque maſſam ſangvineam corruperat, ut ſceleti inſtar ſeu larvæ, quò deportabatur, jaceret: ire enim amplius non poterat. Erumpont tandem ex corruptisſimo ſangvine per univerſa ferè cutis ſpiracula minutisſimi, & vix ſenſibiles *pediculi ruffi*, qui dies noctesque horrendis eum excruciabant tormentis pungendo, lancinando, rodendo. Ex oculis in nares, è naribus in os & palatum reptabant puſilli hi tortores, & nullus ferè porus ab ijs immunis. Lachrymæ, ſputum, urina, feces, & omnia excrementa animalculorum plena. Inde tandem mors miſerrima. Et ô utinam mortuo ſaltem pepercisſent. De animalculis *formiciformibus* in urina vid. *Wier.* g) Alium Neapoli offendit Idem amicus, qui, corpore bene priùs, quantum licuit, repurgato, eoque aquâ aloëticâ abluto, ferreæ ciſtæ ſe incluſit, rens, ibi latere ſe tutum. Sed ſpes eum egregiè fefellit, *alia* eôdemque fato crudeliter extinctus. h] Adoleſcens Bononienſis ociùs ad hunc ignem accedens,

g) LIII. de præſtig. dæ m, c, 15. p. 428. h) eod. faſcic. obſ. 38.

dens, miſerè conſumtus eôdem. Totus enim factus eſt *verminoſus*. Rejecti *vermiculi* minutiſſimi, & viſum ferè, etiam acutiſſimum, effugientes cum urina, qui continuum veſicæ pruritum & aſſiduum mingendi deſiderium excitabant. Rejecti ijdem cum ſemine, ùt ipſe faſſus eſt. Hinc continuum libidinis œſtrum, & pruritus perpetuus. Excluſi aliquando tales cum ſudore fœdiſſimo. Nec ſputa, nocturna cumprimis, & matutina ijs carebant. Tandem calore nativo & humido radicali ab hoc æſtu penitus extincto & abſumto, eôpſe, quô deceſſit, die innumeri prorepsêre, totumque ferè implevêre feretrum. i) Adde ſcorbutici cadaver *pediculis* ſcatens, k) & Anſovinum apud *Zachiam*. l) Erat Florentiæ Siculus, homo vagæ libidini deditiſſimus, cujus hircus, ſupercilia, & penis *pediculis* iſtis, quos Galli *Morpions* dicunt, adeò plena, ut paucas intra horas totam ſcatulam eorum plenam collegerit. Pruritus & morſus in partibus iſtis continuus. Hinc fricationibus crebrioribus humores magis magisque allecti, dolores inſigniter auxêre, donec totum membrum genitale flaccidum & putidum, unà cum *pediculis* fruſtillatim decideret, reliquâ parte arte demtâ, ægro autem gemitus inter & cruciatus miſerè pereunte. m] *Morpio* durior, compreſſior & ceteris *pediculis* latior tam firmiter cuti

alia

morpio,

i) l.c. obſ. 41. k) Möllenbroc. de Varis p. 14. l) T. III. quæſt. med. legal. conſil. 74. m] Faſcic. I. obſ. m. 42.

cuti extimæ inhæret, ut interdum non niſi forfice inde abſcindatur, uti contigit Viro illi apud *Tulpium*, n) cui morpio ponè aures aliquandiu ſummè moleſtus fuerat. De pertinaci cephalæa cum tumore *verminoſo* in venereo hiſtoriam alibi recitavimus. o] (4) uterque morbus tâm *Coo*, quàm *Pergameno*, & Arabibus, cenſente ſic *Ammanno*, quoad *cauſas genuinas*, veramque *medendi methodum*, omninò ignotus fuit. Labitur enim *Reuſner.* p) ſcribens: Hippocratem vivis coloribus luem hanc depinxiſſe, q] ſatius erit cum *Sennerto* r) peſtem defendere. ſ) Uti *luis venereæ* Candidati à publico conſortio excludendi: ita *leproſi*. (6) *Una eademque methodus & curandi difficultas.* In mercurio & antimonio ſpes ſalutis maxima. De illo legeſis Ephemerid. noſtras. ſ) Sola diſcrepantia eſt, quòd in V. T. juſſu divino lepra à ſacerdototibus *extraordinariè* curaretur: apud nos autem *ordinariè* à Medicis, Artis ſuæ gnaris. CL. *Helmontius* t] luem hanc appoſitè vocat *noctis torturam*. Ideo Jobus: u) *noctu* os meum *perforatur* doloribus, des Nachts wird mein Gebein durchbohrt. Cur autem noctû? dixi in *Cynographia* mea. vv)

LXXIV. Non itaque ſe adeò torſit *Pineda*

n] L. IV. c. 17. o] eod. faſcic. obſ. 39. p) exercit. 1. de ſcorbut. q] III. epid. r) L. VI. Prax. P. IV. c. 1. ſ) Dec. III. ann. III. obſ. 4. t) in delir. catharr. c. f. u) XXX. 17. vv) S. IV, c. 9. §. 15.

da, ut, ſcribente *Bartholino*, præter hiſtoriæ omnis fidem dixerit, nunquàm non alicui gentium luem hanc pervagatam fuiſſe. Sic certè eſt; Quid amplius poſtulas? Verùm quod *Islandis* etiam, in ultima *Thule* degentibus, ut *Ditmar. Blefken* blaterat, x) cognita fuerit, falſiſſimum eſt. Vidit fortè homuncio iſte corpora à ſcorbuto fœdè deturpata, ut ex errore morbi pro venereis habuerit. Sed hunc aliosque ejus lapſus inſigniores, *D. Strauch* in diſſertatione ſua Geographico hiſtorica de *Islandia*, y) reſpondente *Theodoro Thorlacbio*, Holâ-Islando, ſolidè diſploſit. Rogatus olim à me *Skalboltiæ*, qui locus cathedrali ſede & Epiſcopi reſidentiâ inclaruit in meridionali Islandia, ſenex ac eruditus Presbyter de rei hujus veritate, dicebat: *Quid mihi narras de lue venerea? ego per totam vitam meam nomen iſtius morbi non audivi.* Monſtrato porrò ei *Blefkenio*, *Phy*, reſpondit, *ſtulti ſtultè garriunt.* Aut nunquàm vidit garrulus iſte bucco *Islandiam* ſeu impudentiſſimè mentitus eſt. Næ omnes aliorum fabulas audacter compilavit, ſuis nugis eas incruſtans. Ego enim montem iſtum *Heclam* nec perpetuum ignem eructare vidi, quod *Cluver.* vult, z) nec tantâ ſaxorum cinerumque egeſtorum copiâ omnia longè lateq; explere, ut ad vigeſimum lapidem terra coli nequeat, quod

an illa etiam Islandis nota

Mer-

x) in deſcript. Island. c. 4. y) S. 1. theſ. 4 §. 4. & Sect. poſt th. 7. §. 2. Witteb. habit. 1666.
z] Introd. ad Geograph. L. III. p. 254.

Mercatori placuit,a)nec ſpectra *Brunonis*, aut circumvolitantia corvorum agmina apud *Camerarium*,b) nec lamentabili ejulatu perſonantem audivi, ùt *Peucerus* finxit. Sed cuncta hæc & ſimilia falſisſima deprendi,ſpecialiter quod *Bleſkenius* c) Heclam montem *Islandiæ ſeptentrionalis* dicat, cùm tamen ſit *meridionalis*, *Skalholtiæ* vicinus, nec maritimus iſte eſt,marive alluitur, nec glacies *Grönlandica* tres integros menſes circa eum, ceu montem ferè mediterraneum, natat, ſiquidem glacies iſta vel nunquàm ſeu rarisſimè ab Islandia meridionali videtur. Ubi autem fons iſte peſtilens, qui aves ſupervolitantes fumo, ſeu vapore ſuo,interficit, ubi ceteri, mutantes lanam albam in nigram, & hanc in albam? de quibus etiam *Schulteſius*, d)uti ſingula in *obſervationibus* meis *Phyſicis* de Ignivomo hoc monte, jam olim Hamburgi anno 1676. in 4. editis, ſolidè diſcusſi.

lues ♀ a ſine contagio

LXXV. Demum ex ſolo Veneris exceſſu, citra contagium, naſci aliquando ſpurcisſimum morbum hunc, *Nic. Maſſa*. e) *Zac. Luſitan*; f) *C. à Reyes*, g) & *Langius* h) rectè defendunt. Eruditus quidam juvenis, morumque elegantiâ conſpicuus,qui nunquàm cum ſexu ſequiori rem ſeu commercium, habuerat, ſomnijs plerumq; [illegible] ve-

a] in Atlant. maj. b) Medit. hiſt. C. III. c. 17. p. 56. c] c. 6. d) in Synops. geograph. p. 846. e) c. 2. de morb. gallic. f) L. I. M. P. H. qv. 36. g] camp. elyſ. jucund. qv. 59. th. 14. h) Patholog. animat. c. 65. p. 619.

venereis ſubinde divexatus, crebriores patiebatur pollutiones nocturnas. Has declinaturus, impreſsâ ſibi fortiori phantaſiâ, quaſi ſuccubam hanc vel iſtam tunc haberet, ſemen frequentiùs & copioſiùs effudit in lodices. Quô exercitiô poſtea tantùm non omni nocte, interdiu etiam, acrius repetito, cœpit totus contabeſcere, tanquam lucerna punica, totâ ejus temperie notabiliter labefactatâ, appetitûque penitus proſtrato, quem vino generoſiori denuò excitare ſtuduit, cum inſigni Veneris augmento. Denique deteſtandâ hâc libidine nocturnâ & ſolitariâ publicè ſibi contraxit luem noſtram. Citiùs tamen, quam alij infecti, curatus, cautius mercari didicit. i) De damnis venerei exceſsûs vide *cynograph. m.* k) & *Godfr. Wilh. Blumbergs* diſſ. inaug. de *Venere medica & morbifera* l) Adde, ſi vaccat, *D. Danbauer.* m) Quantus enim teſtium conſenſus cum toto, in ſpecie oculis, ſit, CL. *Mœbius* n) eruditè delineat, nec neſciunt iſtud omnes venuſti Artis filij. *Amentiam* ab exceſſu Veneris in docto quodam hypochondriaco, in alio *cerebrum* adeò *exſiccatum* notavit *Salmut*, o] ut etiam intra cranium hinc inde ferri audiret. Virum novi eximiè eruditum, at tenuioris texturæ, & valde phlegmaticum, qui anno ætatis quinquaſimo nono juvenculam

i) faſcic. I. obſ. m. 43. k) S. IV. c. 9. §. 13. & 15. l) c. 3. jen. 1688. m) diſp. Decalog. XIII. P. I. §. 13. n] Med. Phyſiolog. c. 19. p. 495. ſeqq. o] C. I, obſ. 61.

& ſummè laſcivam ducens, tertiâ à nuptiis ſeptimanâ ab immoderato coitu in repentinam & omnimodam incidit *cæcitatem*, quarto demum menſe calcabat viam univerſæ carnis.

obj. LXXVI. At ſit lues tua vetuſtisſima, dices, naſcaturque ex proprio vitio citra contagium, cùm tamen ea libidinoſorum ſalarium tantùm ſit, malè hactenus dicta ad caſtiſſimum *Jobum* retuleris. Si nullum reliquit Satanas ſupplicium neque pœnam, neque dolorem, teſte *Origine in Jobum*, utique artificio ſuo, ex licentia divina, & hunc procuderit morbum, æquè ac lepram, & ceteros, ut fabulam plebis, horrendum *ſpectaculum* & *inuſitatum toti terrarum orbi*, voce Svidæ, ſanctisſimum *Jobum* faceret. p) Audi threnos ejus: Circumdedit me *lanceis* ſuis, q) *ſagittæ* Domini in me ſunt, r) i. e. *vermiculi*, *lanceis* & *ſagittis* ſuis à Deo & natura armati, hærent in intimis membranis ac medullis, & circumdederunt me velut ſagittarii *ſcopum* ſuum. Poſuit enim me ſibi quaſi *ſignum* ſ) ut *prodigium* factus ſim multis. t) Si enim ſupplicii acerbitatem ſpectes, ea certé patiebatur Jobus, quibus impii athei digni erant. Honeſtos autem & caſtos quoque ex *levi miaſmate* hâc lue infici, certisſimum eſt. Dico: *levi miaſmate*, cujus rei hiſtoriam dat *Loys Burgeois*. u) Mea exempla, cùm odioſa ſint, non addo, lo-

p) XXX. 9. q) XVI. 13. r] VI. 4. ſ) XVI. 16. t) Pſ. LXXI. 7. u) im Hebammen Buch P. II. p. 145.

loquatur ſaltem *Schuppius* in *Jobo ſuo.* vv) Dieſe Kranckheit bekommen auch offt frommie ehrliche Leute. Es hat mir ein vornehmer Medicus hiebevor erzählt / daß er in einer vornehmen weltberühmten Stadt manche 100. Rthl. verdient habe von vornehmen Leuten / welche er an den Frantzoſen curirt. Dann ihre Säugammen / welche gemeiniglich Huren ſind / haben die Kinder angeſteckt / die Kinder haben die Mütter angeſteckt / die Mutter hat den Mann angeſteckt. x) Imò in ipſis plantis fuiſſe obſervatam, meminit *Stegmannus* noſter. y) Cùmque Ephemerides Curioſorum Germanorum in paucorum, pauperculorum inprimis ſtudioſorum, manibus ſint, dextrè interpretabere, mi Lector, hiſtorias ſuprà ex iis, faſciculisque noſtris, in gratiam Tui, repetitas.

LXXVII. Aurea verba, & cedro ac marmore digna, quæ habet *Kircherus* abſtruſioris eruditionis promtuarium; z) *Mirantur*, ait, *Medici in exoticis morborum quorundam conſtitutionibus effectus penè* prodigioſos, *& præter naturæ ordinem evenientes: tentātur omnia, pharmacopolia ſuis evacuantur medicamentis, nullâ tamen ſpe ſalutis promovendæ relictâ: qui ſi* latentis inimici *molimina ritè dignoſcerent, forſan in optatum ſanitatis portum per appropriata medicamenta infirmum conſtituerent; ſed ſo-*

 bo-

vv) p. m. 118. Norib. 1659. x] conf. Knobloch de lue venerea P. I. c. 3. y) Dec. III. ann. V. & VI. obſ. 171. z) de peſte S. I. c. 8. p. 94. ſeqq. Add. Borell. C. I. obſ. 90.

bolem ex(in)propriis*viſceribus genitam ſubinde circumferimus, tanta contumacia, ut ejus auxiliares copias, ſi in uno loco proſtraveris, eaſdem in altero mox repullulâſſe conſpicias.* Per *inimicum latentem* quid aliud intelligit, quàm *minutiſſimos vermiculos*, ſeu potiùs *atomos verminoſas*, omnem viſum ferè effugientes, & per univerſum corpus ſparſas. Quod dogma Inclyti Viri, *Langius & Hauptmannus*, ad oculum & nauſeam usque probârunt. Proinde ſuam cuique laudem, laboris præmium, monente *Scaligero*, a) & relinquimus libenter, & concedimus cumulatè, & deferimus liberaliter. *Marcus Marci à Kronland* b) *de putredine verminoſa* integrâ ſectione agit. Concedit in quàmplurimis morbis *vermiculos*, putâ in febribus malignis, peſtilentialibus, petechialibus &c. in carbunculis & bubonibus, in omni ulcere gangræna &c. maculas petechiales & ſcorbuticas progeniē verminoſam ſangvinē, venâ ſectâ, emiſſum copioſiſſimis *vermiculis* plenum aſſerit adjiciens: *vermes*, conſequens putredinis, non tàm eſſe *cauſam* malignorum morborum, quàm potius *adjunctum*, adeò, ut multi morbi maligni lethalesque eſſe queant, nullis *vermibus* præſentibus, ſeu, ut morbi iſti ſint lethales ante putredinem & miſti reſolutionem, ac deſtructio-
obi. nem, cujus veſtigia calcat *Ettmüller*. c) Adde *Lövvij* tract. de *Variol. & morbill.* d) qui aper-
tè

a) exercit. 160. S. 3. b) in Philoſ. veterum reſtituta. c) Tom. Opp. p. 690. d) c. 5. p. 62

tè negat in quibuscunque variolis,ſeu benignis, vel malignis, mox & ſemper *verminoſa* hæc effluvia enaſci: multò minùs ſimilia inſecta in partibus & ſangvine ſemper reperiri: nam ſi viſcerum parenchymata minutis vermiculis naturaliter inſtructa eſſe dixeris, annon hisce *vermiculis* iterum ſua viſcera, & hæc denuò ſuis minutioribus *vermiculis*, atque ſic de aliis aliiſque naturaliter repleta eſſe, in infinitum affirmabis? aut *verminoſam* hanc colluviem ad ſolius hominis naturalem conſtitutionem pertinere exiſtimabis? & licèt ope microſcopii in viſceribus aut ſangvine ſimilia aliquando fuiſſe detecta animalcula dicunt, tamen ex particularium inſpectione non eſt ad univerſalia argumentandum. Deinde quis facilè affirmaverit, an *vermes* microſcopijs deprênſi jam prius intra corpus ejusque ſangvinem hæſitârint, vel poſtea, quod probabilius videtur, novâ & facillimâ metamorphoſi ſuccreverint? ſangvine videlicet per vulnus emiſſo, atque adeò non ampliùs intra conſervationis ſuæ locum naturalem exiſtente ſuâque vitali flammâ penitùs extinctâ & corruptâ. Hæc *Löwius*. Non quælibet putredo, ſed potisſimùm *excellenti* quâdam *virulentiâ* prædita, in *vermes* abit, quatenus minera & matrix eſt *vermiculorum*, minimè verò cauſa efficiens. Nulla enim hoſce progignit, niſi ſeminali ideâ ſit infecta. Ita: habent *vermiculi* iſti ſua viſcera, & hi denuò aliquando minutiores *vermiculos*. Reliqua capies ex ſuperioribus. Hæc & iſta particularia non faciunt univerſalem argumentationem. Verùm ſi

quæ dicta ſunt, rectè intelligas, pollicem vix convertes. Et annon omnia univerſalia fluunt è particularibus? e) Nulla nos magna nomina cum *F. Patritio* f) exhorrentes, res ipſas, verumque in rebus verique cauſas inveſtigamus, veritatem veritatis gratiâ inveſtigaturi. Hæc enim *divinum* illud *fermentum* eſt, quod in animo Philoſophi ita turgere debet, ut neque ab alio capi, neque ſeipſum capere poſſit. g] Omnem hanc doctrinam exhauſiſſe ipſamque ἀλήθειαν ex Democriti puteo protraxiſſe mihi videntur laudatiſſimi Triumviri, adeò, ut quisque noſtrûm contractis humeris & verè cum gemitu dicat: Caro mea *putredine* (animata) induta eſt. h) Pater meus *putreda*, ſoror, materque mea *vermes*. i] Die Verweſung heiß ich meinen Vater/und die Würme meine Mutter und Schweſter. Hoc eſt, quod docuêre Viri nunquam ſine elogio à me nominandi, inprimis ὁ θαυμάσιος *Kircherus*. Quid ergò oggànis, invide? Catè *Sennertus*, k) quem *communem Germaniæ Magiſtrum* alicui vocat *Jonſton.* cum *Bartholino*; *Sumus*, ait, *quotquot bonas literas tractamus, & publicè ſeu voce, ſeu ſcriptis profitemur, ejusdem Reip. Senatores, quorum vota libera, nec aliorum voluntati ac nutui accommodata, ſed firmis rationibus nixa eſſe*

e] Add. ſis Wedelij Patholog. dogmat. S. II. c. 5. f) L. de Spatio Phyſico, g] Scalig. de plant. p. 106. h) Job VII. 5. i) XVII. 14. k] in concluſ. L. VI. Prax.

eſſe & modeſtè, ſine rixis, ſine altercationibus, ſine convitijs proferri decet.

LXXVIII. Mortem naturalem, *naturalem* ajo, [qua de ſola diſcurſus noſter) corruptâ & depravatâ univerſi hujus naturâ, ſiſtunt ùt minutisſimum & ferè inſenſibilem, in omni elemento, in omni animali, in omni cibo & potu, in omni angulo mundi latentem, & nunquàm ab ipſo primordio vitæ noſtræ declinandum l)nobisq; & omnibus animantibus infenſiſſimum *vermiculum* tenaciſſimæ vitæ, qui in ſubtilisſimo & conſtantisſimi excrementi genere, potiſſimùm ſalino, ex ovulo ſuo corpusculum puſillum aſſumit, (quò craſſiora enim excrementa, eò magis conſpicui erumpunt vermes,) quos in quampluribus morbis jam oſtendi, ſenſibus gaudet, inprimis acutiſſimo *guſtu*, *tactu & odoratu*, modò accedit, modò aufugit receditque de loco in locum, prout rem ipſi gratam ingratamve obtuleris. Pabulum ejus corpus noſtrũ cum oſſibus & medullis, quæ *teredinis* inſtar haud rarò corrodit, ut gemitus inter & lachrymas iſtud Jobi m) cantilles: *Qui me comedunt, non dormiunt.* Rectè igitur ſecundùm Auguſtinum mors à morſu dicitur, quod *Mordeat Omnia Roſtro Suo.* Ideò erat veteribus omnium *terribilium terribiliſſimum.* Sordibus & viſcoſo lentore ſuo *limacis* inſtar fœdè nos conſpurcat, indies nobiſcum ſeſe augendo & multiplicando. Species ejus diverſæ ſunt: ſemel in corpore nidu-

mors naturalis

l) vid. §. 10. 11. 12. 13. ſeqq. m] XXX. 17.

lantem vix furcâ expuleris. Irrita enim purgantia, emetica, diaphoretica, venæſectiones, ſcarificationes, ſi totale ejus excidium intendas. Licet unam alteramvè ejus ſpeciem, ſeu potius ovula, vel ſeminia, quadantenus turbes, eneces, expellasque, non eſt tamen, quod triumphum canas ante victoriam. Subitò enim alia atque alia naſcuntur, miræ ſiquidem fœcunditatis & ſubitaneæ multiplicationis eſt, ut *immortalem* dixerim, veluti milites Perſas. n) Latet aliquando ſiletque innoxius, ſed nimiumne crede ſopori. Cedit, ut cædat. Mens Philoſophantis ſecundùm mentem Pythagoricam, eſt *ſacrarium ſapientiæ*, & veriſſimum *Dei templum.* o) Divinum cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν. Ergo ſtude, *te cognoſcere*, quia multò melior & laudabilior es, ſi *te cognoveris*, quàm ſi, *te neglecto*, cognoſceres curſum ſiderum, vires herbarum, complexiones hominum, & haberes *omnium cœleſtium & terreſtrium ſcientiam.* p) Τὸ γνῶθι σεαυτὸν, ait Simplicius, τοῦ Θεοῦ παράγγελμα, καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος πάσης τῆς φιλοσοφίας καὶ εὐζωίας. Sola tantæ ſapientiæ Magiſtra eſt *putredo animata*, cujus ſtipendiarij fimus in utero materno. Diſputavit anno MDCLXI. Wittebergæ contra hanc ſententiam *Hauptmannianam M. Georg. Wagner*, verbaque fecit pro morte mortua. Sed vox fuit, [illegible] &

γνῶθι σεαυτὸν

n) Curt. L. III. c. 3. o) Sarisbenenſ. L. VII. Policrat. c. 4. p] Bernh. medit. c. 5.

& nihil ampliùs. Hæccine, & ſi quæ ſunt alia abſtruſiora Naturæ arcana, ab oculatisſimis Viris tradita, livorem & calumniam merentur? aut num, judicio *Conringiano*, q) *viva* hæc *mortis imago* ridiculè in ſcenam producitur, merusq; otioſi ingenij luſus eſt? repetite lugubria morborum exempla ſuprà r) allegata, ſed *equo ne credite Teucri!* ſ)

LXXIX. Interim cùm inclytus *Conrigius* abs Eruditisſimo Epiſcopo Padebornenſi, *Ferdinando* Fürſtenbergio, ſibi miſſam legiſſet olim διάσκεψιν meam, mihi reſcripſit in Weſtfalia, tunc degenti, utùt parum faverit huic de *viva morte* ſententiæ Vir πολυμαθέςατος. *Verùm multa quotidie deteguntur, & experimentalis Phyſica docet, quæ prioribus ſeculis meritò* ἄπιςα καὶ παράδοξα *videri potuiſſent: & uti cum filijs hominum ludit in orbe terrarum æterna ſapientia; ita ſingulis quoque ſeculis nova veritatum incognitarum theatra aperit, quibus & mundus & mundi filius, homo eruditus, ab ignorantiæ tenebris vindicetur.* t] Deo potius ſummæ laudes agendæ ſunt, (ut *Sylvij* verba mea faciam, u) quòd dignetur, hoc præſertim ſeculo, plurima, præteritis inviſa hominibus, manifeſtare, ſicque naturalium rerum notitiam longè planiorem & pleniorem, quàm o-

L 5 lim

q) diſp. de peſte, r) §. 34. ſeqq. ſ) II. Æneid. v. 48. t] Kircher. in epiſt. ad Hauptmann. therm. Wolckenſtein, annex. p. m. 251. u) Tr. de peſte.

lim, mortalibus præſtare. Subnecto tamen chartam *Conringianam.*

S. P. D.

litera Conring Laudo inſtitutum majore ſolito curioſitate ,, rimandi Naturæ opera , ut & ea, quæ ad ſa-,, nitatem morboſque faciunt humani corporis.,, Et verò usque adeò hoc ſtudiorum genus ,, jamtùm Adoleſcentem me affecit, ut noctes ,, dieſque omnis primæ ætatis tantùm non huic,, uni impenderim; cui, ut viaticum aliquod pa-,, rarem, ad Medicam Artem faciendam fateor ,, me protractum eſſe, aliàs de nummis quæren-,, dis parùm ſollicitum, atque ea propter unicè ,, ſum gaviſus, cùm juveni jam mihi naturalis ,, Philoſophiæ in hac Academia docendi munus ,, præter expectationem in Batavis offerretur. ,, Hoc unum doleo haud parùm, quòd videam, ,, à pleriſque contemni & negligi omnia veteris ,, ævi reperta, quaſi nunc demũ naſcatur Philo ,, ſophia iſthæc, quodq; præ imperitia *Apodictica* ,, *ſcientia* à nonnullis *monſtra novorum dogma-* ,, *tum* cudantur, quæ neutiquam per bonam ,, conſequentiam ex novis quoque experimentis ,, poſſunt elici, ſed finguntur duntaxat nominis ,, in vulgo comparandi cauſa. Cui rei ut mede-,, lam adhiberem, non ſemel mihi conſilium na-,, tum eſt, edendi ſingularem librum *de arte ex-* ,, *periendi*, atque ex ſingularibus experimentis ,, ritè conficiendi propoſitiones univerſales. U-,, trum ætas & negotia ſint paſſura in rem con-,, ſilium deducere, tempus docebit, cùm non ,,

ſim

ſim meus. Interim ne dubites velim, me „ omnibus conatibus tuis honeſtis favere, &c„ promtum quoq; eſſe ad omnia amicitiæ offi „ cia exhibenda. Vale Helmæſtad. 1678. 8. „ Mart.

T. Herman Conring.

LXXX. At non adeò diſplicuiſſe meditationem noſtram Illuſtri *Carolo Patino*, Patavinæ Academiæ, imò totius Italiæ, Ornamento, hæc ejus verba indicant: *& Patin*

P*Aullinianum* Amicum ſemper me manſu- „ rum ne dubita, Φιλο Γερμανὸν hîc me ad „ injuriam vocitant; at ego de hac injuria mihi „ gratulor. Equidem nulla elabitur dies, quin „ ad me veniant non pauci Medici, Legiſtæ, „ Studioſi, auxilium aliquod poſtulantes. Quin, „ & aliquando in ædibus meis colloco, dum de „ ſtudijs ulterioribus dicunt, uno verbo, quæ „ poſſum, ut bene de illis merear, præſto. Nihil „ profectò voluntati deeſt, cùm Tibi tuisque a- „ micis inſervire locus dabitur. Quæſtionem „ de *morte naturali Fellmannus* mihi attulit, „ addiditque, Te reviſam varijsque memorabili- „ bus auctam poſthac eam editurum, quam tunc „ à te præſtolabor. *Placet enim placebitque* „ *mihi ſemper.* Interim proſpera quæque pre- „ cor. Vale V. Exc & me inter Tuos numera. „ Pataviiro Januar. 1688.

LXXXI. Barriunt porrò invidi, *Hauptmannum* mortem, tanquam *ſubſtantiam* & *ens reale*, produxiſſe. Si mater, fons & ſcaturigo [illegible] ejus, *mors ſubſtantia & ens reale eſt,*

ejus, P. O, orthodoxè loquendo, *ſubſtantia* eſt, quidni ſoboles ejus? mors enim ſtipendium peccati. Qualis igitur cauſa, talis effectus. Oho! ad Anticyras, vel, ùt Pelignus olim vates in *ibin*:

Terra *tibi fruges*, amnis *tibi deneget undas*,
Deneget afflatus ventus & aura *ſuos*.
Nec tibi Sol *clarus*, *nec ſit tibi lucida* Phœbe,
Deſtituant oculos ſidera *clara tuos*.
Nec ſe Vulcanus, *nec ſe tibi præbeat* aër,
Nec tibi det tellus, *nec tibi* pontus *iter*.

At pax, Amice, & meliora, quæſo, verba. *Nicolaus ab Amsdorf*, Nobilis Theologus, Profeſſor Wittebergenſis, Collega & amiciſſimus Luteri, qui eum *ſummos* inter & *doctiſſimos* Theologos, retulit vv) dicens: *Spiritus meus requieſcet in Amsdorfio*. Nullus enim, cenſente *Hieronymo Wellero*, imò ipſo fatente *Lutero* plus hauſerat ex indole *Luteri*, quam ille: x) *Myconius* Virum *potentem in ſermone & doctrina*, *Surius inſignem* & *egregiè Lutteranum* vocat. Hic, inquam, graviſſimus & cordatiſſimus Theologus, cui ſimilem *Iſnacenſis* urbs, elogio *Rebhaniano*, y) *nunquam habuit, nec impoſterum fortè habitura eſt*, P. O. maluit *ſubſtantiam*, quàm accidens nominare. Perſvaſus enim erat, ex vocabulo *accidentis* extenuari iſtud, quaſi res levicula foret, quæ citra ſubjecti interitum & corrupti-

vv) in colloq. menſalib. p. 416. x) in epiſt. ad Jodoc. Iſnacens. ann. 1518. y) in Hiſt. Iſnacenſ. MS. c. fin. ann. 1565.

ruptionem *adeſſe*, vel *abeſſe* poſſit. *Victorinus Strigelius*, incautioribus *Melanthonis* locutionibus fortè ſeductus, hanc defendebat theſin: *hominem poſſe in converſione ſui aliquid operari.* Cui contrarius fuit inprimis *Matthias Flacius*, & cum *Strigelio* ſemper litigavit. Hic tamen ſententiæ ſuæ firmiter inhæſit, donec aô. MDLXI. *Joannes Fridericus*, Saxoniæ Dux, utrumque *Strigelium* & *Flacium*, Profeſs. Jenenſes, præſentibus alijs Illuſtribus, Nobilibus, Doctiſque Viris, ad colloquium Vinariam evocaret. Quid fit? inter diſputandum ex fervore Flacius ajebat: *impoſſibile eſſe hominem in converſione ſua aliquid poſſe operari, quòd ei per peccatum originale omnes vires deſtructa eſſent.* Opponit *Strigelius*; N. accidens corrumpit ſuum ſubjectum, P.O. eſt accidens. E. non corrumpit ſuum ſubjectum, nempe hominem. *Flacius* obmutuit, & non ſtatim inveniens, quod reſponderet, tandem dixit: nego minorem, *Strigelius* contrà: ſi negas minorem, ergo P.O. facis *ſubſtantiam.* Quod *Flacius* poſtea pro aris & focis defendit. N. accidens *poſitivum* ſuum corrumpit ſubjectum, ſed *privativum* hoc facit. In judicio *Amsdorfij*, quod rationes exhibet, cur *Victorini* declarationi nemo bonâ conſcientiâ ſubſcribere queat; quodque ex αὐτογράφῳ deſcripſit *M. Nic. Rebhan*, Paſt. & Superint. Iſnacenſ. z) alia inter ſic loquitur ejectus Præſul Numburgenſis. *Et quia peca-*

Strigel.

Flacius

z] l. a.

catum originale eſt corruptio & depravatio totius naturæ, non quod transmutata ſit in aliam ſubſtantiam, ut Victorinus vult, *ſed manet ſubſtantia intellectûs & voluntatis, verùm corrupta & depravata, ut voluntas bonum velle & & diligere non poſſit, intellectus verò cæcus eſt & ignorans* Dei. Ideò ſubſtantia *intellectûs* & *voluntatis* non manſit illæſa, nec naturalia hominis integra. Nam homo naturalis eſt totus perverſus & corruptus, inimicus Dei Deoq; repugnans. Ex his patet, quid de P. O. ſenſerit *Amsdorfius*, quòd ſc. cum *Flacio* neutiquam fecerit, qui contendebat, peccatum in omnibus eſſe ipſam *corruptam hominis ſubſtantiam*. Epiſcopus enim apertè diſtingvit inter *ſubſtantiam* ejusque *corruptionem*. Cuncta clariùs & diſtinctius expoſuit in literis *D. Mennero*, Profeſſori Jenenſi, inſcriptis, quas heîc annectere juvabit.

chart Amsdorfiana. LXXXII. Sic autem Zeloſiſſimus & Religioſisſimus Antiſtes:

DOctisſimo & PioJCto, *Baſilio Monner*, Profeſſori Jenenſi, Compatri ſuo & in Chriſto „ fratri carisſimo S. Mi Compater amantiſſime, ut mentem meam de peccato originis aperi- „ am, *an ſit ſubſtantia, vel accidens?* nihil meliùs, poſſum, quàm ut verba Scripturæ Tibi propo- „ nam, nec ſatis mirari poſſum, quòd de hac re „ philoſophari poſſunt, qui Chriſtiani eſſe volunt, „ cùm Scriptura clarè & perſpicuè dicat: *homi* „

nem

nem ad imaginem & ſimilitudinem Dei eſſe „
conditum, nempe integrum & juſtum. Ad „
ſubſtantiam & *eſſentiam* integri & juſti homi-„
nis requiritur non ſolùm; ut ſit *intelligens* & „
volens; id enim eſt omnibus, & piis & impiis „
commune, ſed, ut ſit *rectè intelligens & benè* „
volens, h.e. volens & diligens juſtitiam, & o- „
diens iniquitatem, ita, quod *ſubſtantia* & *eſ-* „
ſentia liberi arbitrij hominis duas habeat par- „
tes, alteram *intellectum & voluntatem*, alteram, „
rectum intellectum & *bonam voluntatem.* Pri-„
ma pars manſit poſt peccatum, altera verò to-„
ta corrupta & depravata eſt, ut amplius rectè „
intelligere, & bene velle & intelligere non „
valeat. Iſt nun das ein accidens, ſo iſts für- „
wahr ein ſtarck accidens, quod nulla creatura
nec in cœlo nec in terra mutare poteſt. Quo-
modo enim P. O. *accidens* eſſe poteſt? cùm
ſemen, pars eſſentialis hominis, ex quo naſcitur, „
homo, ſit corruptum & depravatum. Ideò, „
ſicut juſtitia originalis fuit *ſubſtantia* & *eſſen* „
tia hominis integri & juſti: ita P. O. eſt *ſubſtan-* „
tia & *eſſentia* hominis corrupti & depravati, „
quæ mutari & alterari non poteſt, niſi per *re-* „
generationem, quæ eſt mutatio non *acciden-* „
tium, ſed *ſubſtantiarum* & *naturarum.* Ideò, „
Deus dicit: *niſi quis renatus fuerit* &c. & pro-„
pterea ad converſionē & juſtificationem homi-„
nis non requiritur *alteratio* quæ eſt acciden-„
tium & qualitatum, ſed *regeneratio*, quæ eſt „
perſonarum, ſubſtantiarum & naturarum. Qui „
his

his divinis verbis non credit, ille ſanè credat ,,
ſuis Philoſophicis ſpeculationibus, & expectet,,
fructum,quem inde habebit.Si *accidens* eſſet ,,
P.O. tùm homo ſeipſum ab eo per *alteratio-*,,
nem liberare poſſet, & non opus eſſet *regene-*,,
ratione, quæ ſit per verbum & Spiritum Chri-,,
ſti regenerantem , id quod vult Satan per ſua ,,
organa, ut non ſolùm Chriſto , ſed etiam no-,,
ſtris alterationibus & operibus ad noſtri con-,,
verſionem indigeamus,ut ſic non ſolùm inDo-,,
mino,Jeſu Chriſto,ſed & operibus noſtris glo-,,
riemur.Hæc eſt voluntas Satanæ,qui his mon-,,
ſtris gloriæ Chriſti & noſtræ ſaluti inſidiatur. ,,
Er muß den Saamen des Weibes/ und ſei-,,
nen Anhang in die Ferſen beiſſen/ da wird ,,
nichts anders draus. In ſumma ſi peccatum,,
originale *accidens* eſſet, quid opus eſſet *rege-*,,
neratione? Accidens enim per alterationem ſine,,
regeneratione tolli & mutari poteſt. Hæc ,,
quoque ſcripta eſſe volo Nepoti meo, *Frideri-*,,
co, cui, & omnibus, qui cupiunt,hæc commu-,,
nicare potes. Vale. Datæ Iſnaci 6. Octobr.,,
aô. 1562.

Nic. ab Amsdorf.

HÆc verba : iſt nu das ein accidens &c. etiam viva voce potuliſſe dicitur Epiſcopus. Et ſanè validiſſimum erit accidens P. O. quod homini in hac vita inſeparabiliter inhæret, & animæ corporisque vires inſtar *peſtilentiſſimi contagij* , ſeu *lepræ fœdiſſimæ* , tàm profundè penetrat, inficit, vitiat & corrumpit, ut ex filijs

De-

Dei non niſi filios Satanæ efficiat. Conſcripſit idem *Amsdorfius* in vernacula tractatum ſatis prolixum *de libero arbitrio & cœna Domini*, in cujus parte priori reſpondet etiam ad objectiones aliquot, e.g. ad theſin: P. O. *eſt accidens*, *ubi* ita ait: Die Erbſünde iſt kein Zufall/ ſo von Menſchen kan geſchieden/ oder genommen werden/ ſondern ſie iſt durch die Geburt ſeine ſubſtanß und natur worden / darin er bleiben muß / ſo lang er lebt / auch nach der Wiedergeburt / wie wir an allen Heiligen ſehen / und ſelbſt in uns fühlen und erfahren/ daß wir durch den H. Geiſt täglich daran zu reinigen und auszufegen haben. Sed illa expurgatio nihil admit ſubſtantiæ hominis. Viden' quâ ratione *Amsdorfius* negârit, P. O. eſſe accidens, ſcilicet ſi per *accidens* intelligatur id, quod *adeſſe* vel *abeſſe* poteſt citra ſubjecti deſtructionem. Et ſic ego cenſeo.

LXXXIII. Certiſſimum verò, ipſas Pandectas divinas mortem, cum omnibus attributis ſuis paſſim ceu *ens reale* nobis exhibere. At ſic creata foret: non; per invidiam diaboli in mundum venit, a) per peccatum mors intravit, b) Impulit Satanam odium Dei & hominis, invidia, quâ tùm homini felicitatem ex conſtante obedientia, tùm Dei gloriam ex hominis felicitate orituram invidit. c) ecce triumphum Glo- *Mors eſt ens reale*

M riofis

a] Sap. II. 24. b) Rom. V. 12. c) Gerhard, comm. in Geneſ. c. 3. qu. 5. p. 81.

rioſisſimi Salvatoris noſtri, ejusque ſvavisſimum epinicion: κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Πȣ̃ σȣ θανατε τὸ κέντρον, πȣ̃ σȣ ᾅδη τὸ νῖκος. d] Dextera Domini fecit virtutem, dextra Domini exaltavit me, non moriar, ſed vivam. e) Nudumne accidens, vel larvam umbratilem ſeu σκέλετον, ut Pictores fingunt, devicit, proſtravit, conculcavit, & abſorpſit Redemtor humani generis? quorſum gratiarum actio ſtatim ſubnectitur? τῷ δὲ θεῷ χάρις διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ χριςȣ̃. Eripiam eos à morte. Pater, quos dediſti mihi, volo, ut, ubi ego ſum, & illi mecum ſint, f) Tibi autem mors ero venenum. g) CL. *Helmont.* h) etiam mortem & morbum, ceu *Entia naturæ* ſiſtit. Et quid, quæſo, mors in Scriptura opus habuiſſet exceptione à regula creationis communi, ſi non eandem, ceu *ens reale*, in mundo ſubſiſtens. Spiritus S. conſideraſſet? i)

lit Kircher: LXXXIV. Ceterùm vix me contineo, quin chartam *Kircherianam* ſubjungam, ne neſciat æqvus Lector Optimi Viri monitum jam olim ad auctiorem editionem hujus disquiſitionis. *Vir*

d] I. Cor. XV. 54. ſeq. e) Pſ. CXVIII. 16. ſeqq. f) Joh. XVII. 24. g) Hoſ. XIII. 19. h) Tr. ignot. hoſp. morb. p. m 404. i) Vid. Hauptman. de Therm. Wolkenſtein. c. 8. p. m. 187. ſeq.

Vir Excellentisſime, Amice Integerrime.

NE mireris falſum de obitu meo ru-„
morem. Jam enim decennium a-„
gitur, quo ſemper mortuus, ſemper „
tamen Dei gratiâ revixi. Quicquid „
ſit, fiet in tandem, quando D. O. M. „
vitæ noſtræ arbitro, placuerit. Ad „
ſtudiorum meorum curſum quod atti- „
net, hisce Te nôſſe velim, me ab ulte- „
riori librorum edendorum cura deſti- „
tiſſe, contentus ijs operibus, quæ jam „
à XL. annis ad divini Nominis gloriam „
& Reip. literariæ emolumentum pro- „
diere. Reſtabant quinque Tomi prœ- „
lio ſubdendi, quos *Janſonio* demanda- „
vi, ſucceſſu temporis edendos, jam e- „
mendatos & approbatos, tùm omnibus „
neceſſarijs rebus inſtructos. Ego in- „
terim LXXVII. annorum ſeniô aggrava- „
tus, aliud non ago, niſi ad beatum finem „
me diſponendo, ut æternæ ſapientiæ, „
cujus gloriæ hucusque unicè incubui, „
in hac mortalitatis umbra per gratiam „
in æternæ felicitatis patria ei per glori- „

 am

am uniri merear, reliqua verò hujus „ mundi ſtudia, ſi in hunc finem non di- „ rigantur, vana ſunt, falſa, & apud Deum „ ſtulta. Ceterum Te familiarem eſſe „ Illuſtrisſimo & Reverendisſimo Præſuli „ Dn *Nicol. Stenonis*, ſummoperè gavi- „ ſus ſum. Quanti Eum hucusque æſti- „ mârim, docebit opus intitulatum: *Atlas Thuſcus*, *ſive unvierſalis Hetruriæ* „ *deſcriptio*, quo correctum, auctum, re- „ viſum, varijsque conſideratione dignis, „ monumentis exornatum *Janſonius* mo- „ dò magnificè imprimit, ubi etiam Dn. „ *Nicol. Stenonis* ampliſſima, nec non glo- „ rioſiſſima mentio fiet. Diatriben tuam „ de *morte naturali*, ceu *ſubſtantia verminoſa*, ſemper amavi, aliisque de me- „ liori commendavi. Laborem enim & „ ingenium ſpirat. Rectè igitur facies, ſi „ auctiorem, rarioribusque obſervationi- „ bus magis illuſtratam aliquando edide- „ ris. Vale, Vir Excellentisſime, & ſubin- „ de me tuis ſolari ne deſiſte. Romæ 4. Febr. 1679.

Excell. Dominat. Tuæ

humill. & devotiſſ. ſerv.

Athanaſ. Kircher.

LXXXV.

LXXXV. Laudatus *Helmontius* porrò ſic: k) *mors ex conditione legis advenit. Ob peccatum* Adæ *univerſi tota natura & conditio conſpurcari non debuit, adeò ut bruta, noſtri generis prævaricatione ſint morti facta obnoxia. Siquidem vel ante peccatum bruta mori debebant, quorum nempe quædam aliis in eſcam & pabulum ſubſtituerat rerum Dominus. Complacuit ſibi Immenſus, quòd hominem conderet in proximum Divinæ Majeſtatis ſimulacrum vivens, nec morti obnoxium. Adam ante legis prævaricationem erat immortalis.* *Quòd autem mundi Redemtor ſit mortuus, ætatumque calamitates ita ſenſerit, ut trigeſimo ſecundo anno cenſus ſit quinquagenarius, id non ex ſui natura neque ex radice vitæ ſuæ contigit. Mors namque ut annorum caries, nil juris in ipſum habebant. Sed ex infinita ſuâ bonitate, quâ ſe vadem conſtituerat pro peccatis noſtris, voluit ærumnis, adeoque & morti ſe ſubjicere in glorioſiſſima ſua nativitate, in qua formam ſervi aſſumſit Dominus. Quantum verò receſſerit ab hu-*

mors Chriſti ſpontanea fuit,

k) Vid. Opp. ej. p. m. 585.

mana natura ſua priſtina ac genuina illa dignitate, quâ in utero erat conceptus, ipſus oſtendit. Quippe qui, clauſo Virginis utero, ſpretisque dimenſionum repagulis, in mundum prodijt, ſtatim ſe deſtinatæ mortis conditioni ſubſtravit, ſenſitque lubens omnem ſervilis naturæ neceſſitatem. Uterq; nimirum Adam *initio ſui fuit immortalis: prior ex* ligno vitæ *conſervari debebat, alter verò* arborem vitæ *prorſus in ſe continebat. Uterque nimirum elegit mori præ vivere poſſe. Prior* ex vitio, *alter verò* ex caritate. *Arbor vitæ itaque & loci Eden ſalubritas Adamum in priſtino vigore à morte vindicâſſet, donec, exacto annorum numero, felix ad patriam gloriæ absque morte translatus abiiſſet. Inſuper de fide eſt, Adamum de* arbore vitæ *nunquam deguſtâſſe, &, ne de illa ederet, fuiſſe ejectum è Paradiſo, qui mortem jam oppetere debeat. Imò tàm perfectæ erat conſtitutionis jam horto voluptatis proſcriptus, quod ad aliquot mille annos vixiſſet, qui immediatè à manu Omnipotentis plasmatus citra naturæ commercium, atque longè ætatem Mathuſa-*

lem

lem ſuperâſſet ſuæ naturæ ſpontè, niſi unius continuato ſeculi luctu ac mœrore, ſilum longiſſimæ vitæ ſibi præſcidiſſet. Ac CCCCXIV. *Milevi* in Numidia & *Diſpoli* in Palæſtina celebratæ ſunt contra *Pelagium* Synodi, quâ poſteriore ipſe ſuos errores recantavit. Objiciebatur autem ei, quòd doceret, Adam moriturum fuiſſe, etſi non peccâſſet, naturâ quippe mortalem: quòd ipſius transgreſſio ipſum ſolum læſerit, non totum genus humanum, &c. l)

LXXXVI. De morituro ait plebecula noſtra: *mors hæret in lingva*, der Todt ſitzt oder klebt ihm auf der Zungen. Ita certè eſt. Satis enim ſuperque ibidem cum effectu adſpexit *Hauptmannus*. Puella à *variolis* ſibi reſtituta videbatur, niſi quòd in lingua minuta *puſtula* alba ſpectaretur, quæ indies major nigreſcere cœpit. Rupta tandem *vermiculum* ejusdem coloris effudit, puellâ eopſe veſpere ad plures abeunte. De *puſtulis* libellum ſcripſiſſe dicitur *Hippocr.* quem ex arabica lingva latinitate donatum nobis dedit *Thom. Bartholin.* m) Si vacat, evolve. De *vermibus* intra lingvæ venam ſtabulantibus venæ ſectione emiſſis vivis, ac erucæ ſimillimis, vid. *Ephem. noſtras* n] Irrideant *Crutius* o) & *mors in lingva.*

 alij

l] Vid. comp. Hiſt. Eccleſ. Gothan. L. II. c. 3. S. 4. §. II. p. 374. ſeq. m) C. VI. h. 16. n) Dec. 1. ann. I. obſ. 100. o] de quæſit. per epiſt. C. III. p. 194.

vermiculi ſub ea

alij cum *Reyſio* p) *Plinium*, q] de *vermiculis ſub lingva*, (lyttas vocant) inque capitibus rabidorum boum canumque differentem, ego nihil inepti, nihil abſurdi deprehendo. Admittit eosdem *Joſeph. de Aromatar.* r) Num verò juxta *Gremſium* ſ] capite canino ſint, tute videas. Aqua ptarmica *Hauptmanni* ex re quadam *vivæ morti* gratisſima, & adhuc alia ipſi inimicisſima. tantæ erat efficaciæ, ut in nares attracta primùm fermé totaliter evaneſceret, poſtmodum nares paullatim clarisſima aqua ita fluere faciebat, ut gutta tanquam è gutturnio poſt guttam excideret. Ea ſic effluxa ſternutationes movebat, quas mucus & coryza non lenta & viſcoſa, uti poſt aliorum errhinorum aſſumtionem ſolet, ſed penitus fermè in aquam diluta abunde comitabatur. Multùm præſtitit hæc aqua, at *vivam mortem* non extinxit. t) Credo equidem *Joanni Poppio*, quòd aceto antimonij omnes *vermes*, quocunque loco fuerint, pepulerit, u) noſtro tamen id haud ſatisfaciet ſcopo.

∇ptarm. Hauptmann.

LXXXVII. Sedem mortis hujus naturalis ori-

p) camp. elyſ. juc. qv. 62. §. 1. q) L. XXIX. c. 5. r) de rabie contagioſ. P. IV. c. 7. c. f. ſ) Arb. Hom. L. II. c. 1. S. 4. §. 39. t) Vid. Hauptman. epiſt. ad Fabr. therm. Wolckenſtenſtein. innex. p. m. 168 ſeq. u) L. II. th. med. P. II. p. 335.

riginalem facit *Hauptmannus* circa *renes* & *inguina.* Inde cruciatus exquiſitisſimi. Hinc ablegat turmas ſuas in univerſum corpus. Cur circa *renes*? num quia per quod quis peccat, per idem punitur & idem? vv) Vide enim de lumbis & renibus *Feſſelium* x) & *Meibomium*, y) vel quia confluentiam habet cum *ſalibus potentiſſimis*, ſeu in quibus ſalium potentisſimi ſpiritus latent, quos ut ſimiles ſibi valde appetit *vermiculus*. Talia loca vehementisſimos patiuntur dolores. Ideò quoque *membranis* tam exquiſitus ſenſus ineſt. Viſcera contra, quia deſtituuntur membranis, ſeu quia non intertexuntur ſubſtantijs, in quibus ſalium ſpiritus potentisſimi latent, ſed potius conſtant ex bolo & terra ſulfurea, in quibus ſpiritus obtuſi & inſipidi ſunt, tâm exquiſitos ſenſus non habent. Viſcera patiuntur dolores, non ob nervorum copiam vel inopiam. Nam nervi, quatenus nervi, non ſentiunt, ſed quatenus *membranoſam ſubſtantiam* habent; *membranæ* verò, quatenus confluentiam habent cum *ſalibus* potentisſimis. z) *ſedes moṛtis*

LXXXVIII. *P. J. Faber*, Ludovici

M 5 XIV.

vv) Sap. XI. 17. Add. Piccart. Dec.IX.obſ.hiſt. polit. 9. x] L II. Adverſ.ſacr. c. 3. §.1.2.3 y) de uſu flagrorum in re Venerea p. m. 21 & ſeqq. z) Vid. Severin. Id. Med. Philoſ. c. 13. & diſcurſ. Rhod ſuper eam.

catum originale eſt corruptio & depravatio totius naturæ, non quod transmutata ſit in aliam ſubſtantiam, ut Victorinus vult, *ſed manet ſubſtantia intellectûs & voluntatis, verùm corrupta & depravata, ut voluntas bonum velle & & diligere non posſit, intellectus verò cæcus eſt & ignorans* Dei. Ideò ſubſtantia *intellectûs* & *voluntatis* non manſit illæſa, nec naturalia hominis integra. Nam homo naturalis eſt totus perverſus & corruptus, inimicus Dei Deoq; repugnans. Ex his patet, quid de P. O. ſenſerit *Amsdorfius*, quòd ſc. cum *Flacio* neutiquam fecerit, qui contendebat, peccatum in omnibus eſſe ipſam *corruptam hominis ſubſtantiam*. Epiſcopus enim apertè diſtingvit inter *ſubſtantiam* ejusque *corruptionem*. Cuncta clariùs & diſtinctius expoſuit in literis *D. Monnero*, Profeſſori Jenenſi, inſcriptis, quas heîc annectere juvabit.

Chart Amsdorfiana. LXXXII. Sic autem Zeloſiſſimus & Religioſisſimus Antiſtes:

DOctisſimo & PioJCto, *Baſilio Monner*, Pro-„ feſſori Jenenſi, Compatri ſuo & in Chriſto „ fratri carisſimo S. Mi Compater amantiſſime, ut mentem meam de peccato originis aperi-„ am, *an ſit ſubſtantia, vel accidens*? nihil meliùs„ poſſum, quàm ut verba Scripturæ Tibi propo-„ nam, nec ſatis mirari poſſum, quòd de hac re „ philoſophari poſſunt, qui Chriſtiani eſſe volunt,„ cùm Scriptura clarè & perſpicuè dicat: *homi* „

nem

nem ad imaginem & ſimilitudinem Dei eſſe „
conditum, *nempe integrum & juſtum.* Ad „
ſubſtantiam & *eſſentiam* integri & juſti homi-„
nis requiritur non ſolùm, ut ſit *intelligens* & „
volens; id enim eſt omnibus, & piis & impiis „
commune, ſed, ut ſit *rectè intelligens & benè* „
volens, h.e. volens & diligens juſtitiam, & o- „
diens iniquitatem, ita, quod *ſubſtantia* & *eſ-*„
ſentia liberi arbitrij hominis duas habeat par-„
tes,alteram *intellectum & voluntatem*,alteram,„
rectum intellectum & *bonam voluntatem.* Pri-„
ma pars manſit poſt peccatum, altera verò to-„
ta corrupta & depravata eſt,ut amplius rectè „
intelligere, & bene velle & intelligere non „
valeat. Iſt nun das ein accidens, ſo iſts für-„
wahr ein ſtarck accidens, quod nulla creatura
nec in cœlo nec in terra mutare poteſt. Quo-
modo enim P. O. *accidens* eſſe poteſt? cùm
ſemen,pars eſſentialis hominis,ex quo naſcitur,„
homo, ſit corruptum & depravatum. Ideò,„
ſicut juſtitia originalis fuit *ſubſtantia* & *eſſen* „
tia hominis integri & juſti:ita P.O.eſt *ſubſtan-*„
tia & *eſſentia* hominis corrupti & depravati,„
quæ mutari & alterari non poteſt, niſi per *re-* „
generationem, quæ eſt mutatio non *acciden-*„
tium, ſed *ſubſtantiarum* & *naturarum.* Ideò,„
Deus dicit:*niſi quis renatus fuerit* &c. & pro-„
pterea ad converſionē & juſtificationem homi-„
nis non requiritur *alteratio* quæ eſt acciden-„
tium & qualitatum, ſed *regeneratio*, quæ eſt „
perſonarum,ſubſtantiarum & naturarum.Qui „
his

his divinis verbis non credit, ille ſanè credat ,, ſuis Philoſophicis ſpeculationibus, & expectet,, fructum,quem inde habebit.Si *accidens* eſſet ,, P.O.tùm homo ſeipſum ab eo per *alteratio-*,, *nem* liberare poſſet, & non opus eſſet *regene-*,, *ratione*, quæ ſit per verbum & Spiritum Chri-,, ſti regenerantem, id quod vult Satan per ſua ,, organa, ut non ſolùm Chriſto, ſed etiam no-,, ſtris alterationibus & operibus ad noſtri con-,, verſionem indigeamus,ut ſic non ſolùm inDo-,, mino,Jeſu Chriſto,ſed & operibus noſtris glo-,, riemur.Hæc eſt voluntas Satanæ,qui his mon-,, ſtris gloriæ Chriſti & noſtræ ſaluti inſidiatur. ,, Er muß den Saamen des Weibes/und ſei-,, nen Anhang in die Ferſen beiſſen/da wird ,, nichts anders draus. In ſumma ſi peccatum,, originale *accidens* eſſet, quid opus eſſet *rege-*,, *neratione*? Accidens enim per alterationem ſine,, regeneratione tolli & mutari poteſt. Hæc ,, quoque ſcripta eſſe volo Nepoti meo, *Frideri-*,, *co*, cui, & omnibus, qui cupiunt,hæc commu-,, nicare potes. Vale. Datæ Iſnaci 6. Octobr.,, aô. 1562.

Nic. ab Amsdorf.

HÆc verba : iſt nu das ein accidens &c. etiam viva voce potuiſſe dicitur Epiſcopus. Et ſanè validiſſimum erit accidens P. O. quod homini in hac vita inſeparabiliter inhæret, & animæ corporiſque vires inſtar *peſtilentiſſimi contagij*, ſeu *lepræ fœdiſſimæ*, tàm profundè penetrat, inficit, vitiat & corrumpit, ut ex filijs

De-

Dei non niſi filios Satanæ efficiat. Conſcripſit idem *Amsdorfius* in vernacula tractatum ſatis prolixum *de libero arbitrio & cœna Domini*, in cujus parte priori reſpondet etiam ad objectiones aliquot, e.g. ad theſin: P. O. *eſt accidens, ubi* ita ait: Die Erbſünde iſt kein Zufall/ ſo von Menſchen kan geſchieden/ oder genommen werden/ ſondern ſie iſt durch die Geburt ſeine ſubſtantz und natur worden / darin er bleiben muß / ſo lang er lebt / auch nach der Wiedergeburt / wie wir an allen Heiligen ſehen / und ſelbſt in uns fühlen und erfahren/ daß wir durch den H. Geiſt täglich daran zu reinigen und auszufegen haben. Sed illa expurgatio nihil adimit ſubſtantiæ hominis. Viden' quâ ratione *Amsdorfius* negârit, P.O. eſſe accidens, ſcilicet ſi per *accidens* intelligatur id, quod *adeſſe* vel *abeſſe* poteſt citra ſubjecti deſtructionem. Et ſic ego cenſeo.

LXXXIII. Certiſſimum verò, ipſas Pandectas divinas mortem, cum omnibus attributis ſuis paſſim ceu *ens reale* nobis exhibere. At ſic creata foret? non; per invidiam diaboli in mundum venit, a) per peccatum mors intravit. b) Impulit Satanam odium Dei & hominis, invidia, quâ tùm homini felicitatem ex conſtante obedientia, tùm Dei gloriam ex hominis felicitate orituram invidit. c) ecce triumphum Glo- *Mors eſt ens reale*

M riofis

a] Sap. II. 24. b) Rom. V. 12. c) Gerhard, comm. in Geneſ. c. 3. qu. 5. p. 81.

rioſisſimi Salvatoris noſtri, ejusque ſvavisſimum epinicion: *Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Πȣ͂ σȣ͂ θάνατε τὸ κέντρον, πȣ͂ σȣ͂ ᾅδη τὸ νῖκος.* d] Dextera Domini fecit virtutem, dextra Domini exaltavit me, non moriar, ſed vivam. e) Nudumne accidens, vel larvam umbratilem ſeu *σκέλετον*, ut Pictores fingunt, devicit, proſtravit, conculcavit, & abſorpſit Redemtor humani generis? quorſum gratiarum actio ſtatim ſubnectitur? *τῶ δὲ Θεῶ χάρις διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τȣ͂ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ͂ χριςȣ͂.* Eripiam eos à morte. Pater, quos dediſti mihi, volo, ut, ubi ego ſum, & illi mecum ſint, f) Tibi autem mors ero venenum. g) CL. *Helmont.* h) etiam mortem & morbum, ceu *Entia naturæ* ſiſtit. Et quid, quæſo, mors in Scriptura opus habuiſſet exceptione à regula creationis communi, ſi non eandem, ceu *ens reale*, in mundo ſubſiſtens. Spiritus S. conſideráſſet? i)

lit. Kircher; LXXXIV. Ceterùm vix me contineo, quin chartam *Kircherianam* ſubjungam, ne neſciat æqvus Lector Optimi Viri monitum jam olim ad auctiorem editionem hujus diſquiſitionis. *Vir*

d] I. Cor. XV. 54. ſeq. e) Pſ. CXVIII. 16. ſeqq. f) Joh. XVII. 24. g) Hoſ. XIII. 19. h) Tr. ignot. hoſp. morb. p. m 404. i) Vid. Hauptman. de Therm. Wolkenſtein. c. 8. p. m. 187. ſeq.

Vir Excellentisſime, Amice Integerrime.

NE mireris falſum de obitu meo ru-„
morem. Jam enim decennium a-„
gitur, quo ſemper mortuus, ſemper „
tamen Dei gratiâ revixi. Quicquid „
ſit, fiet in tandem, quando D. O. M. „
vitæ noſtræ arbitro, placuerit. Ad „
ſtudiorum meorum curſum quod atti- „
net, hisce Te nôſſe velim, me ab ulte- „
riori librorum edendorum cura deſti- „
tiſſe, contentus ijs operibus, quæ jam „
à XL. annis ad diviniNominis gloriam „
& Reip. literariæ emolumentum pro- „
diêre. Reſtabant quinque Tomi prœ- „
lio ſubdendi, quos *Janſonio* demanda- „
vi, ſucceſſu temporis edendos, jam e- „
mendatos & approbatos, tùm omnibus „
neceſſarijs rebus inſtructos. Ego in- „
terim LXXVII. annorum ſenio aggrava- „
tus, aliud non ago, niſi ad beatum finem „
me diſponendo, ut æternæ ſapientiæ, „
cujus gloriæ hucusque unicè incubui, „
in hac mortalitatis umbra per gratiam „
in æternæ felicitatis patria ei per glori- „

am uniri merear, reliqua verò hujus „ mundi ſtudia, ſi in hunc finem non di- „ rigantur, vana ſunt,falſa,& apud Deum „ ſtulta. Ceterum Te familiarem eſſe „ Illuſtrisſimo & ReverendisſimoPræſuli „ Dn *Nicol. Stenonis*, ſummoperè gavi- „ ſus ſum. Quanti Eum hucusque æſti- „ mârim, docebit opus intitulatum: *At- „ las Thuſcus, ſive unvierſalis Hetruriæ „ deſcriptio*, quo correctum, auctum, re- „ viſum, varijsque conſideratione dignis, „ monumentis exornatum *Janſonius* mo- „ dò magnificè imprimit, ubi etiam Dn. „ *Nicol. Stenonis* ampliſſima, nec non glo- „ rioſiſſima mentio fiet. Diatriben tuam „ de *morte naturali*, ſeu *ſubſtantia ver- „ minoſa*, ſemper amavi, aliisque de me- „ liori commendavi. Laborem enim & „ ingenium ſpirat. Rectè igitur facies, ſi „ auctiorem, rarioribusque obſervationi- „ bus magis illuſtratam aliquando edide- „ ris. Vale, VIR Excellentisſime, & ſubin- „ de me tuis ſolari ne deſiſte. Romæ 4. Febr. 1679.

Excell. Dominat. Tuæ

humill. & devotiſſ. ſerv.
Athanaſ Kircher.

LXXXV.

LXXXV. Laudatus *Helmontius* porrò ſic: k) *mors ex conditione legis advenit. Ob peccatum* Adæ *univerſi tota natura & conditio conſpurcari non debuit, adeò ut bruta, noſtri generis prævaricatione ſint morti facta obnoxia. Siquidem vel ante peccatum bruta mori debebant, quorum nempe quædam aliis in eſcam & pabulum ſubſtituerat rerum Dominus. Complacuit ſibi Immenſus, quòd hominem conderet in proximum Divinæ Majeſtatis ſimulacrum vivens, nec morti obnoxium. Adam ante legis prævaricationem erat immortalis. Quòd autem mundi Redemtor ſit mortuus, ætatumque calamitates ita ſenſerit, ut trigeſimo ſecundo anno cenſus ſit quinquagenarius, id non ex ſui natura neque ex radice vitæ ſuæ contigit. Mors namque ut annorum caries, nil juris in ipſum habebant. Sed ex infinita ſuâ bonitate, quâ ſe vadem conſtituerat pro peccatis noſtris, voluit ærumnis, adeoque & morti ſe ſubjicere in glorioſisſima ſua nativitate, in qua formam ſervi aſſumſit Dominus. Quantum verò receſſerit ab huma-*

mors Chriſti ſpontanea fuit,

k) Vid. Opp. ej. p. m. 585.

mana natura ſua priſtina ac genuina illa dignitate, quâ in utero erat conceptus, ipſius oſtendit. Quippe qui, clauſo Virginis utero, ſpretisque dimenſionum repagulis, in mundum prodijt, ſtatim ſe deſtinatæ mortis conditioni ſubſtravit, ſenſitque lubens omnem ſervilis naturæ neceſſitatem. Uterq; nimirum Adam *initio ſui fuit immortalis; prior ex* ligno vitæ *conſervari debebat, alter verò* arborem vitæ *prorſus in ſe continebat. Uterque nimirum elegit mori præ vivere poſſe. Prior* ex vitio, *alter verò* ex caritate. *Arbor vitæ itaque & loci Eden ſalubritas Adamum in priſtino vigore à morte vindicâſſet, donec, exacto annorum numero, felix ad patriam gloriæ absque morte translatus abiiſſet. Inſuper de fide eſt, Adamum de* arbore vitæ *nunquam deguſtâſſe; &, ne de illa ederet, fuiſſe ejectum è Paradiſo, qui mortem jam oppetere debeat. Imò tàm perfectæ erat conſtitutionis jam horto voluptatis proſcriptus, quod ad aliquot mille annos vixiſſet, qui immediatè à manu Omnipotentis plasmatus citra naturæ commercium, atque longè ætatem Mathuſa-*

lem

lem ſuperâſſet ſua natura ſpontè, niſi unius continuato ſeculi luctu ac mœrore, ſilum longisſimæ vitæ ſibi præſcidiſſet. Ac CCCCXIV. *Milevi* in Numidia & *Diſpoli* in Palæſtina celebratæ ſunt contra *Pelagium* Synodi, quâ poſteriore ipſe ſuos errores recantavit. Objiciebatur autem ei, quòd doceret. Adam moriturum fuiſſe, etſi non peccâſſet, naturâ quippe mortalem: quòd ipſius transgresſio ipſum ſolum læſerit, non totum genus humanum, &c. l)

LXXXVI. De morituro ait plebecula noſtra: *mors hæret in lingva*, der Todt ſitzt oder klebt ihm auf der Zungen. Ita certè eſt. Satis enim ſuperque ibidem cum effectu adſpexit *Hauptmannus*. Puella à *variolis* ſibi reſtituta videbatur, niſi quòd in lingua minuta *puſtula* alba ſpectaretur, quæ indies major nigreſcere cœpit. Rupta tandem *vermiculum* ejusdem coloris effudit, puellâ eopſe veſpere ad plures abeunte. De *puſtulis* libellum ſcripſiſſe dicitur *Hippocr.* quem ex arabica lingva latinitate donatum nobis dedit *Thom. Bartholin.* m) Si vacat, evolve. De *vermibus* intra lingvæ venam ſtabulantibus venæ ſectione emiſsis vivis, ac erucæ ſimillimis, vid. *Ephem. noſtras* n] Irrideant *Crucius* o) & alij *mors in lingva.*

l] Vid. comp. Hiſt. Eccleſ. Gothan. L. II. c. 3. S. 4. §. 11. p 374. ſeq. m) C. VI. h. 16. n) Dec. 1. ann. I. obſ. 100. o] de quæſit. per epiſt. C. III. p. 194.

vermiculi ſub ea alij cum *Reyſio* p) *Plinum*, q] de *vermiculis ſub lingua*, (lyttas vocant) inque capitibus rabidorum boum canumque differentem, ego nihil inepti, nihil abſurdi deprehendo. Admittit eosdem *Joſeph. de Aromatar.* r) Num verò juxta *Gremſium* ſ] capite canino ſint, tute videas. Aqua ptarmica *Hauptmanni* ex re quadam *vivæ morti* gratisſima, & adhuc alia ipſi inimicisſima. tantæ erat efficaciæ, ut in nares attracta primùm fermè totaliter evaneſceret, poſtmodum nares paullatim clarisſimâ aqua ita fluere faciebat, ut gutta tanquam è gutturnio poſt guttam excideret. Ea ſic effluxa ſternutationes movebat, quas mucus & coryza non lenta & viſcoſa, uti poſt aliorum errhinorum aſſumtionem ſolet, ſed penitus fermè in aquam diluta abunde comitabatur. Multùm præſtitit hæc aqua, at *vivam mortem* non extinxit. t) Credo equidem *Joanni Poppio*, quòd aceto antimonij omnes *vermes*, quocunque loco fuerint, pepulerit, u) noſtro tamen id haud ſatisfaciet ſcopo.

∇ ptarm. Hauptmann.

LXXXVII. Sedem mortis hujus naturalis ori-

p) camp. elyſ. juc. qv. 62. §. 1. q) L. XXIX. c. 5. r) de rabie contagioſ. P. IV. c. 7. c. 5. ſ) Arb. Hom. L. II. c. 1. S. 4. §. 39. t) Vid. Hauptman. epiſt. ad Fabr. therm. Wolckenſtenſtein. innex. p. m. 168. ſeq. u) L. II. th. med. P. II. p. 335.

riginalem facit *Hauptmannus* circa *renes* & *inguina.* Inde cruciatus exquiſitisſimi. Hinc ablegat turmas ſuas in univerſum corpus. Cur circa *renes*? num quia per quod quis peccat, per idem punitur & idem? vv) Vide enim de lumbis & renibus *Feſſelium* x) & *Meibomium*, y) vel quia confluentiam habet cum *ſalibus potentisſimis*, ſeu in quibus ſalium potentisſimi ſpiritus latent, quos ut ſimiles ſibi valde appetit *vermiculus*. Talia loca vehementisſimos patiuntur dolores. Ideò quoque *membranis* tam exquiſitus ſenſus ineſt. Viſcera contra, quia deſtituuntur membranis, ſeu quia non intertexuntur ſubſtantijs, in quibus ſalium ſpiritus potentisſimi latent, ſed potius conſtant ex bolo & terra ſulfurea, in quibus ſpiritus obtuſi & inſipidi ſunt, tâm exquiſitos ſenſus non habent. Viſcera patiuntur dolores, non ob nervorum copiam vel inopiam. Nam nervi, quatenus nervi, non ſentiunt, ſed quatenus *membranoſam ſubſtantiam* habent; *membrana* verò, quatenus confluentiam habent cum *ſalibus* potentisſimis. z)

ſedes morti [illegible]

LXXXVIII. *P. J. Faber*, Ludovici

vv) Sap. XI. 17. Add. Piccart. Dec.IX.obſ.hiſt. polit. 9. x] L II. Adverſ.ſacr. c. 3. §.1.2.3 y) de uſu flagrorum in re Venerea p. m. 21 & ſeqq. z) Vid. Severin. Id. Med. Philoſ. c. 13. & diſcurſ. Rhod ſuper eam.

XIV, Galliarum Regis Conſiliarius & Medicus ordinarius, unicam cauſam mortis abſcribit ſubtilisſimis excrementis, venenoſas qualitates aſſumentibus. Addo ego: *animatis*. Contumax affectus, eſt animadverſio *Langiana*, a) contumacem utique & tenaciſſimam præſupponit cauſam, juxta illud: Qualis effectus, talis cauſa. Gravi autem corruptioni proprium eſt, ut humores evadant *mucoſi*, & facilè *viſcoſam fracedinem* ac *glutinoſam tenacitatem* conſequantur, veluti quoditie in vappa, & aliis quibuscunque liquoribus putreſcentibus & corruptionem incurrentibus id demonſtratum dari poteſt, ſiquidem illi fit ſtatim putidam *fracidamque mucilaginem* aſciſcunt, ac in viſcidos grumos coagulantur. Quò major ergò corruptio liquidis contingit, eò etiam *glutinoſa* magis & *pertinacior* fit eorum *viſcidi-tas*, quæ *verminoſæ* poſtmodum familiæ commodisſimam præbet matricem ac domicilium, atque exinde ſuſpectisſima mi-

cauſa mortis unica

a] ad c. 2. Fabri p. m. 22.

miaſmata[AutorSpiritus vocat] archeum noſtrum graviſſimè lædentia,ſpargit,quæ pariter non niſi tenaciſſima,utpote à tenaci materia provenientia, ac partibus pertinaciter adhæreſcentia exſiſtere poſſunt.

LXXXIX. Uti vero *Pineda* abſurdus videbatur *Bartholino* in aſſignanda *Jobo lue venerea*: ita viciſſim *Bartholinus* riſum moviſſet *Pineda de ſcorbuto* loquens: Parùm abeſt, inſit hic, b] quin ſcorbutum acceſſiſſe credam, à melancholicis humoribus excitatum in homine tot ærumnis defatigato, quem velut pilam verſavit Dæmon. Tot enim pravis ſymptomatibus affliguntur ſcorbutici, ut dæmonis inſtituto convenientisſimus fuerit morbus Jobi tormentis augendis. Cauſæ præceſſerant animi mœror ingens propter amiſſa bona, conjugem, liberosque amiſſos, aëris conſtitutio ad littora Syriæ maritima, victus pravus ex ,, inopia rei familiaris. Hinc humores ,, pravi & melancholici coacervati, & ſe- ,, cutus effectus, nempè totius vitioſa con- *Jobus ſcorbuticus*

ſti-

b] de morb. biblic. c. 7. p. 50.

ſtitutio, unde lancinationes, inquietu-„ dines, dolores, ulcera ſcorbutica, cutis„ denigratio, & mille alia, quæ ſcorbuti-„ cos vexare ſolent, recenſita à *Sever.Eu-„ gateno.* Dentium mobilitas & gingiva-„ rum laxitas tanta in Jobo, ut cibum ca-„ pere haud potuerit. Ego neutrum im-„ probo morbum. Uterque autem ex „ *putredine animata*, ſi vera fateri fas ſit. Inconcuſſa enim *Kircheri* ſententia: c] *Omnis Putredo inſita ſibi ad animalium generationem quædam ſeminaria habet, quæ mox externo & opportuno calore in vermium colluviem erumpunt, tantò quidem pernitioſiorem, quantò ipſa putredo ex peregrina & ſpuria quadam degeneratione virulentior eſt.* Sic unius corruptio ſemper fit alterius generatio.

miſeria humana XC. Deſinant nunc humanæ naturæ adulatores hominem *audacis naturæ miraculum, adorandum animal, mun-* di-

c] de peſte S. I. c. 8. p. 79.

di Principem & Deo ſimilem tantopere celebrare, jamque nobiſcum illius infelicitatem deplorent, corruptione & fœtore inquinatum, ac *vermibus* undiquaque diffluentem contemplentur atq; agnoſcant, *vermes* eſſe homines, cùm in *vermium* ſubſtantiam humana compages convertatur. Fœtum in utero *vermes* adoriuntur, priusquam lucem intuetur, teſte *Hippocrate*, unde *cordapſus* progenitus, jam natum & viventem à pubertia ad extremum usque ſenium conſectantur, & varia, eaque ſævisſima, ſymptomata procerant &c. Sicque totius humanæ œconomiæ ſtatum perturbant atque ſubvertunt. Imo quod magis horrendum, viventia etiam corpora corrodunt, dilaniant, conſumunt. Agnoſcamus igitur humanæ naturæ deplorandam calamitatem, ait *Franciſc. Ranchinus*, Conſiliarius, Medicus & Profeſſor Regius, Celeberrimæque Univerſita-

verſitatis Monſpelienſis Judex & Cancellarius. d) Sicut enim triplici libertate ante lapſum fruebamur, [1] peccati [2] arbitrij, [3] pœnæ, ſeu judicij, verê liberi Barones: ita poſtea in triplicem ſervitutem noſmet ipſos præcipitavimus, ſcilicet culpæ, voluntatis perverſæ, & pœnæ. e) Quid enim homo, niſi *cadaver putidum, eſca vermium, vas fœtidum, cibus ignium?* f] ſeu, juxta S. Bernhardi περίφρασιν, *ſperma fœditum, ſaccus ſtercorum, cibus vermium* g] Hui! *homunculi quanti* ſumus, h) antea veri *Adami*, id eſt, pulchri, formoſi & amœni, nunc ſpurca *putredo*, &, juxta idioma Ebraicum, *vermis.* Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον. i]

XCI.

d] de morb. pueror. S. II. c. 6. p. m. 316. e) Vid. J. Moller alvear ſacr. ſub tit. libertas. f] Auguſtin. in ſoliloq. c. 2. g) meditc. 3. §. 2. h) Plaut. Rudent. a. I. ſc. 2, v. 66. & Capt. in Prolog. v. 51. i]

XCI. Denique ipſe meam nec probare nec magnifacere operam ſoleo: ſperamus tamen, nos his noſtris vigiliis apud Viros probos & prudentes [ceteris ſaniorem precabimur mentem] non omninò ingratam innituros gratiam. Et ſi quis velit meliora dare, favebo, etiam utroque pollice, tantum abeſt, ut reprobem, ajebat *Hieron. Montuus* in dedicatoria ſua ad *Franciscum* II. Galliar. Scotiæque Regem Chriſtianisſimum. Imitabimur Spartanos, qui, notante *Heſychio* lignis à *vermibus* corroſis varijsque notis inſignitis, utenſilia & alia obſignabant, eaque ſignacula θριπήδεστα vocabant. k] Laudandus igitur Archimandrita iſte, qui ſemper comitem ſecum portavit *vermiculum* ſcatulæ incluſum. l] Faxit Deus, ut & nos vivamus *lethi memo-* *clauſula*

Apoc. II. 5. k] Urſin. Theol. Symbol. c. 140. p. m. 165. l] Vid. P. III. zeitl. erbaul. Luſt th. 387.

mores! Adam quippe *putredo* & filius hominis *vermis*. m) Sic totus homuncio *nil* eſt! n] Ergò:

Ut tibi mors felix contingat, vivere diſce,
Ut poſſis felix vivere, diſce mori.

m) Job. XXV. 6. n) Pſ. XXXIX. 6.

INDEX.

INDEX RERUM.

A Cetum verminoſum 27.ſeq.
Adam cur ſic dictus. 3.
miſeria 132.
pomum 10.
peccatum 133.
Adama urbs 3.
Animalia omnia verminoſa 23.
ex ovo 37.
monſtroſum ex muliere 94.
Amsdorfij literæ 176. ſeq.
Apes in leone 48.
λεογενεῖς & ταυρογενεῖς 49.
cicures & acerbæ 49.
mellificârunt in capite & ſepulcro 49.
prodigia de ijs 60.
earum geneſis ex excrementis 50.
Apis Ægyptiorum 50.
Aqua verminoſa 23.ſeqq.
ptarmica Hauptmanni 186.
Aranea permagna 23.
Aſthma à vermibus 105.
Atomorum exilitas 117.ſeq.
Autoris diſquiſitio olim in Italia impreſſa 1.
Bleſkenius notatur 161.
Breyhanium verminoſum 25.
unde nomen habeat, 26.
Bufo in abſceſſu & dorſo 53.
Capilli verminoſi 55.
Caro viperina an ad longævitatem faciat? 13.
verminoſa 31.
Carteſij fides erronea 12.

N Caſei

Caſei pulvis qualis	33.
Cerebrum verminoſum	56.
Chocolada verminoſa	20.
Ciconia an relinqvat ova ſua	51.
Comarus	12.
Conringij literæ ad Autorem	172.
Cor verminoſum	55.
Crines ſcintillantes acori ſunt	46.ſeq.
Crinones & Cirones	114.
Culex permagnus	31.
Culices Pannonici	40.ſeq.
Democriti laus	15.
Dyſenteria à muſca	38.ſeq.
verminoſa	39.72. ſeq.
Epilepſia verminoſa	77.
Erucarum pluviæ	54.
Excrementis ineſt principium vitale	52.
Farcimina verminoſa	32.
Febres malignæ à vermibus	69.
Furor uterinus à vermibus	99.
Gangræna verminoſa	71.
Garrulitas à vermibus	105.
γνῶθι σεαυτὸν	170.
Goltſchen	48.ſeq.
Gvajaba	52.
Gvaldus longævus	11.
Hauptmanni laus	2.
tract. inviſus	ibid.
Hecla fabuloſa	161.
Hepar verminoſum	56.
Hippocratis laus	15.

Homo omnis impuritatis capax 4.
ex diverſis conſtat 6.
omnis verminoſus 63. ſeq.112.ſeq.
miſeria ejus 190.ſeq.
Hoſtiæ verminoſæ 128.
Humores in corpore ficti 7. ſeq.
ſunt matrices ſeminum morbificorum 8.
Ignis fatuus quid ſit 46.
Jobus & Jobabus unus idemqve 134. ſeq.
morborum ejus ſylloge 141.ſeq.
lues venerea 144.ſeqq.164.ſeq.
ſcorbuticus 185.
Judicia Dei per vermes 125.ſeq.
Kircherus Autoris Doctor. 1.
elogia ejus 68. ſeq.
literæ ad Autorem 181.ſeq.
Κύαμοι Pythagoræ quid 155.ſeq.
Lac omne verminoſum 64.84.
Lachrymæ verminoſæ 76.
Langius Autoris Doctor 1.
Laozou Chinenſis 11.
Lapis prægnans 76.
Ligna putrida vermium plena 47.
cur lucida ibid.
Lues venerea verminoſa 70.
antiqviſſima 152.ſeq.
& lepra unus morbus 157.ſeqq.
an Islandis nota 161.
ſine contagio 162 ſeqq.
Lux & orcus 14 ſeq.
vermium 44.ſeq.

Malum tantùm accidentale eſt 7.
Medicus ridiculus 10.
Melle condiebantur mortui 29.
Meelthau quid 20.
Menſes verminoſi 98. ſeq.
Microſcopia globularia 25.
Molere quid 149. ſeq.
Morbi additi à vermib⁹ 77. ſeqq. 99. ſeq. 105. ſeq. 109. ſeq. 157. ſeqq.
dubium redditur 166. ſeq.
eorum ſemina 4. ſeq.
Morbus univerſaliter verminoſus 118. ſeqq.
Mors an ex peccato ſeu pomo 9.
quid ſit 13.
piſcis eſt 63.
naturalis 169.
ſubſtantia & ens reale eſt 173. ſeq.
Chriſti ſpontanea 183.
ex conditione legis advenit 183.
in lingua 185.
ſedes ejus 187.
ex unica cauſa 188.
Mundus totus verminoſus 18. ſeqq.
Muſcæ vermium genetrices 36. ſeq.
vermium plenæ 37.
ex plumbo 38.
dyſenteriæ genetrix 38. ſeq.
funeſtæ 39.
Mutantur omnia, non pereunt 16. ſeq.
Mures ex cadaveribus humanis 66.
Naſi frigus à vermibus 105.
Nix verminoſa 22.

Oden-

Odontalgia verminoſa 80. ſeq.
ὑψάνια 9.
Orcus & lux Coi 14. ſeq.
omnia ex orco in lucem ibid.
Ovium grex intra corticem caſtaneæ 31.
Ovum ſerpentiferum 30.
limaciferum ibid.
quadratum ibid.
omnia ex ovo 37.
per aërem volitantia 119.
Paracelſi mors ridicula 12.
Patini literæ ad Autorem 173.
Pathologia animata 123. ſeq.
Peccatum orig. an ſubſtantia 174. ſeqq.
Pediculi in ventriculo 94.
Peſtis à contactu literarum 40.
verminoſa 67. ſeq. 110. ſeq.
Pharaons-Läuſe. 131.
Phtiriaſis 95. ſeq.
Piſces qui in aqvæ guttula noſcendi? 58. ſeq.
Piper verminoſum 86.
Pomum Adami 10.
Puerperium verminoſum 75.
Pulſus ſufflaminatus à vermibus 100.
Pura olim omnia 3.
poſt lapſum fœdata 4.
Puſtulæ totius corporis ab inſectis 41.
Pyra limacifera 20.
Ranunculi in tumore 97.
Roſmarinus verminoſus 21. ſeq.
Saliva verminoſa 79.

San-

Sangvis verminoſus 60.ſeq.
cur ? 62.
Scabies quid ? 101. ſeq.
Scaphysmus 29.
Semina morborum 4.ſeq.
ſtrumarum 5.
verrucarum 5.
curculionis 74.
verminoſa 57.
Serpens in aqua deſtillata 20.
in pomis ibid.
in aquæ guttula 28.
in ovo 30.
in dorſo 54.
pluviæ ibid.
cadaverum 65. ſeq.
ſub ægro nati 66.
Severini laus 4.
Schleinizius verminoſus 65.ſeq.
Sputum verminoſum 76. ſeq.
Strumarum ſeminia 5.
verminoſa 83.
Strigelij certamen cum Flacio 175.
Sudor verminoſus 80.
Titij jecur & vultures 130.
Vapores virulenti 21.
Variolæ verminoſæ 70.
Ferroenſibus olim ignotæ ibid.
Verminoſus mundus 18.
Vermes in omni re 19.ſeqq.133.
in nive & roremarino 21.ſeq.

in

in avellana ad magnitudinem porcelli 22.
in omni animali 23.
in aceto 27.ſeq.
corylinus 30.ſeq.
in farciminibus 32.
quî in nos veniant 33.
unde naſcantur 36.
Varronis 42.
Luſitani. 42. ſeq.
lux eorum 43. ſeq.
murorum 51.
metalla & cultrum perforant 51.
in lixivio putreſcente 54.
pluviæ 54.
cordis 55.
in ſemine humano 57.
cadaverum 65.
in utero 74.
naſo 77.
ſalivatorij 79.
in abſceſſu 98.
in prodigioſo affectu 103.
contractura 108.
ſunt epidemia lues 108.ſeq.
Indici, Africani &c. 120. ſeq.
ſunt θεῖον 132.
librorum & veſtimentorum unde- 126. ſeq.
damnatorum 129.ſeq.
Xeranum vinum verminoſum 26.

Errata exſtantiora.

P.5.lin.pen.leg.immutat,p.9.l.penult.Nec,p. 10.l.16. introierit, p.12.l.18.Chriſtina,p.13.l. 11. vel pro &,

p.15.l 11.& ſcientiæ, p.16. l. 5. quoslibet p. 17.l. 28. Hartknochsp.18.l.ult.gignit p. 20.l.17. Tack,p.21.l.2. rore & l. antepen.qvatriduum, p. 22. l. 9. Vogtium, lin.eâd.mimicâ p.25.l.24.alba p.26.l.11. Gerüſchen/ l.13 motitationibus,l.21.viſcera,p.28.l.8. nec l. 20. & fundum p.29. l. 17. crabrones l.14 perfluebat p. 30. l.5.Amici, l.6.primarij l.19.Cardanum p 31 l. 2. Titi l.11.rancidis l.18.contemplaberis p.32.l. 8.quosdam l.penult. ζῶμεν p.38. lin. 10. genitrix p. 42. l. 10. Caſſat. l.13.comparari poſſent cum tenuisſimis l.14. ſangvinem abundare. l.17.capita p.43.l.23.Borellus p.47.l.8.ſcintillæ p.48.l.18 ceu p.50.l. 7. Lalibalæ p. 52. l.1.Marcgrafius,in alleg. Vogt. p.55. l. 11. bifidus l.antepen.quot p.57.l.8. Dixit.p. 58. l. 17. motitantium p.59.l.8 agitatisſimi p.60.l. 17. caudis p. 69. l. 3. dele & p.79.l.8.ugvento p.80 l.antepen. tandem p. 89.l.19.roſtro p.92.l.7.rectè.p.97.l. 5. Franckenau p. 98. l.17.abſceſſu p.101.l.12. communius p. 107. l. 12. cultelli p.111.l.pen.agro q 112.l.9.Sorbait p. 116.l. 10. albicantes p. 117.l.1.combusſiſſe p. 119.l. 13. quidam p. 120.l 5.ad varias,l.13.Ranchin.l.17.ita: p. 122. l.21.nervos p. 123.l.6.perveſtigari p. 124.l.1. mutaturus l.3 παράδοξα p. 128.l.4.Heroina l. pen. conſecratas p. 135.l 14 tantùm p. 137.l.19.Chryſoſtomus p.143.l.1.aſthma p.147.l.9 alicubi l. 21. excedente p. 149.l.2. πάντων p. 150.l.3.vacaret,p. 151.l.13. devictâ p.153 l.8. dominante p.155.l.7.Pythagoras p. 156. l.9. ἐλέφαντα l.12.erumpunt,p 159.l.9. fœtidisſimo. p. 160.l.18.ſacerdotibus p.161.l.2.alicubi p. 167. l. 25. excellente,p.168.l.22.alicubi p.173.l.27. 20. Januar. p.182.l.10.quod p.184.l 21 debebat p. 185.l.3. Ao.p. 190.l.4.Eugaleno p. 191.l.14.procreant,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA